recipiendo illa cum precisione cuiuslibet alteri-
us cogniti. et sic lapis mouet intellectum et perfi-
cit ipsum. ita qz nullus rei cognitionez preter co-
gnitionem sui ipsius ponit in intellectu. et talia
etiam sunt absoluta. Alia vero sunt que sic per-
ficiunt intellectuz qz uno apprehenso necesse est
cum ipso aliud apprehendit. et talia sunt relativa
non tamen quecūqz faciunt ad cognitionez ali-
cuius eoipso referuntur ad illa. quia accidentia
non referuntur ad substantiam. quia per discursu-
m rationis deuenitur ad cognitionem substancie
per cognitionē accidentis. Sed in relatiis
ex natura rerum cognito uno relatiuorū absqz
omni discursu cognoscitur et reliquū. Et isto pa-
tet qz scibile et scientia non sunt relativa. sed tñ
vnū eorū scilicet scientia est relatiuū. et scibile
non refertur ad scientiam. quia aliquis potest
cognoscere scibile non cognoscendo scientiam
que est de illo scibili. et per cōsequēs scibile no
refertur ad scientiam. Intelligendū qz ex dicto
philosophi videlicet qz diffinire cognoscit vnū
relatiuorū diffinire cognoscit et reliquoz accipi-
unt aliqui qz vnū relatiuorum debet diffiniri
per reliquū. Et sine dubio istud no est de inten-
tione philosophi hic. sed solus intelligit qz qui
cognoscit diffinitionē vnius relatiuorum cognos-
cit et diffinitionez alterius. nec ex hoc sequitur
qz vnu n relatiuorum diffiniatur per reliquoz.
Aliud enim est aliqua ēē simul natura. et aliqua
esse nota per alia. vt visuz est superius. sed vnū
relatiuorum non est notū per aliud vt superius

dicebatur. Et si dicat aliquis potest cognoscere
patrem no cognoscendo filiu suum. igitur rela-
tiva no sunt simul natura. **V**icendū qz aliquis
potest cognoscere illuz qui est pater non cogno-
scendo illum qui est filius suus. nec ille qui est
pater. nec ille qz est filius sunt relativa. Nullus
tamen potest cognoscere patrem inquantū est
pater nisi cognoscat filiu suum. **S**ciendum qz
hec est vera. pater et filius sunt relativa secun-
du qz isti termini habent suppositionē simplicē
et secunduz eandem hec est vera. qui cognoscit
patrem cognoscit filiu et ecdverso. **I**ntelligen-
dum est etiam qz non est verū in omnibus relati-
vis. qz qui cognoscit vnū relatiuorū cognoscit
et reliquū. sic qz quādo vnum relatiuorū cogno-
scatur. cognoscatur et reliquū. potest enīz aligs
scire qz eclysis est defectus et ignorare cuius est
defectus. **P**ro isto sciendū est qz quedaz relati-
ua necessario p̄dicantur de illis duz illa de qui
bus p̄dicantur existū. et quedā relativa p̄dicantur
contingenter. quia no possunt verificari de
illis duz existū cuiusmōi sunt pater et filius. do-
minus et seru⁹. de relatiis que necessario pre-
dicant non intelligitur dcm philosophi scilicet
qui diffinire cognoscit vnū relatiuorū cognoscit
et reliquū. cuiusmōi relatiuū est eclypsis dū est
semper ē defectus. Sed de alijs relatiis que
predicant contingenter de quibus predicantr
verificat dictuz philosophi scilicet qui diffinire
cognoscit vnum relatiuorum et cē.

Qualitatem vero dico secunduz quā quales dicimur.

Istud est quartū capitulū scđi tractatus i quo
determinatur de qualitate et eius speciebus vel
modis. Et continet tres partes p̄ncipales. In
prima parte determinatur de qualitate et eius
speciebus. In scđa ibi. Qualia vero. determina-
tur de denominatioē qualitatis. In tertia par-
te principalī ibi. Inest autem contrarietas. de
terminatur de proprietatibus qualitatis. Pri-
ma pars continet quinqz particulas. In p̄ma
ponitur descriptio qualitatis. In scđa ibi. Est
autem. determinatur de p̄ma specie qualitatis
et de his que sunt in p̄ma specie qualitatis. In
tertia ibi. Aliud vero genus qualitatis. determi-
natur de scđa specie qualitatē. et de his que sunt
in scđa specie qualitatis. In quarta particula
ibi. Tertia vero species. determinatur de his que
sunt in tercia specie qualitatis. In quinta par-
ticula ibi. Quartum vero genus. determinatur
de his que sunt in quarta spē qualitatis. In p̄ma
ergo particula ponit descriptioē qualitatē di-
cens. Qualitatē autē dico fīm quā quales ēē di-
cunt. Est qualitas est fīm quā res dicunt qles
Intelligendū qz non omne qd p̄dicat de aliquo

in quale est eius qualitas, qd differentia sialis
predicat de aliquo videlicet de substâlia in qle
et tñ non est eius qualitas. sed omne illud per qd
convenienter respondeat ad questionem factam per
quale de aliquo et non predicat de illo per se i p^o
modo dicendi per se omne tale est i genere qualita-
tis. Sed qd differentia substâialis predicitur
per se in pmo modo dicendi per se. ideo non est
in genere qualitas qzuis predicit in quale. Scie-
dū est qd cū qualitas sit genus gñalissimum nō
habet genus supraveniens. et ideo non potest di-
finiri ppe. sed describit modo iā dicto. et hec de-
scriptio datur per notiora. qd quale est notius qz
qualitas. qd quale est ppa operatio qualitatis
et operatio est notior qz eius forma que est prin-
cipium operationis.

Est autē qualitas eorum que multipli-
citer dicuntur. et vna quidē spēs quali-
tatis est habitus et dispositio.

Hec est scđa particula pme partis in qua pbs
determinat de his que sunt i pma spē qualitatē.
In scđa ibi. Diffinit autē. ponit vna differentiam
inter illa qd sunt in pma spē qualitatē. dicit ergo
primo cū qualitas sit de numero eoz que mul-
tipliciter dicuntur vna spē qualitas. est habitus
et dispositio. Differt autē habitus. ponit duplē
differentiam inter habitum et dispositionē. pma dif-
ferentia est qd habitus est qualitas de difficulti mo-
bilis. et dispositio est qualitas de facili mobilis.
vnde habitus est permanentior et diuturnior qz
dispositio. et exemplificat dices qd scientie et vir-
tutes que sunt permanentes et de difficulti mobiles
dicuntur habitus. Qd scientia sit de difficulti mo-
bilis. p. nā non perdit nisi fiat magna transmu-
tatio in corpore per egritudinem vel alio mō. Eo
dem modo est de virtute de iusticia et castitate et
hmōi. Sed dispositioes sunt de facili transmu-
tabiles. sicut p. de egritudine et sanitate calidi-
tate et frigiditate. nā sanus cito fit eger et ecouer-
so. et homo cito mutat de caliditate et frigiditate
et ecouerso faciliter. et ideo sanitas et egritudo cali-
ditas et frigiditas que sunt cito pmutabiles di-
cuntur dispositioes. Et qd forte aliquis diceret qd
caliditas et frigiditas aliquando sunt de difficulti
mobiles. ideo pbs respondet dicens qd iste qd
tates non sunt de difficulti mobiles nisi forte per
diuturnitatem pnis transserant in naturā subiecti.
et sic sunt de difficulti mobiles. et tunc dicuntur ha-
bitudines sive habitus. nā omnes vocat habitus
de difficulti mobiles quare i disciplinis illi qui
non multū retinet sed de facili transmutant de
ignorantia ad scientiam et ecouerso. et cito obliui-
scunt non dicuntur habere habitum. tñ sunt magis
vel minus dispositi. et sic patet pma differentia
inter habitum et dispositionē que est qd habitus est
de difficulti mobilis et dispositio est de facili mo-

bilis. Intelligendū est qd cuz dicit pbs qd aliqua
per longitudinem pnis transserunt in naturā sub-
iecti non debet intelligi qd vna res fiat de natu-
ra alterius. sed sic debet intelligi qd vna natura
fiat cōsequēs ad naturā alterius. qd non potest fa-
ciliter ab eo auferri. nec est sola longitudine pnis
causa permanētiae et imobilitatis. sed ē alia causa
latens. Et qd hmōi causa latet attribuimus hoc
longitudini pnis dicendo qd longitudo ipis
causa huīs permanētiae. sicut cū aliquis sener
moris et nescimus cām dicimus qd longitudo te-
poris est causa mortis sue qd non est verū. Imo
actio quattuor qualitatū pma cōtrariarū ē cā
cuiuscqz moris. et non solum nec longitudo te-
poris. si enī sener interficeret gladio non dicere
tur qd longitudo pnis est cā mortis sue. et hoc est
qd causa est manifesta. Eodem modo dico qd si
aliqua forma sit de facilis mobilis ita qd potest de
facili corūpi a suo cōtrario. et postmodum sit de
difficili mobilis oī qd sit aliq. cā firmans ipsam
alia a ppe. qd tñs non ipedit qn siū ūiū possit
corūpere illā formā ita faciliter sicut prius.
Differt autē habitus a dispositionē.
eo qd permanentior et diuturnior est.
Tales enī sunt scientie et virtutes. sci-
entia enī videt esse permanentiū. et
eoī que difficile mouent. vt si quis
vel mediocriter sciētiā sumat nisi for-
te grandis permutatio facta sit vlt ab
egritudine vel ab aliquo hmōi. sili-
aut et virtus vt iusticia et castitas. vel
singula talium non vident posse moue-
ri neqz facile permutari. Affectioes
vo dicuntur que sunt facile mobiles et
cito pmutabiles vt calor. frigiditas
egritudo sanitas et alia hmōi. affectus
enī quodāmodo circa eas homo. ci-
to enī pmutat. et ex calido frigidus
fit. et ex sanitate in egritudinem transit.
Sili autē et in aliis. nisi forte in his qd
contingūt pnis longitudinem in nāz
cuiusqz transserri vt insanabilis vel
difficile mobilis existat ille affectus
que iam quilibet habitudinem vocet.
Manifestū est autē. qm̄ hec volūt ha-
bitudines noīari que sunt diuturnio-
ra vel difficile mobilia. Nāqz i disci-
plinis nō multū retinentes s̄z facile
mobiles dicuntur habitū non habere
qzuis sint ad disciplinaz per melius
ue dispositi. Quare differt habitus

a dispositione q̄ hoc quidē sit facile illud vō difficile mobile t̄ diuturni². Sunt aut̄ habitus etiā dispositiones dispositiones vō nō necesse ē esse habitus. Qui enī retinent habituꝝ quo dāmodo dispositi sunt ad ea que ha-
bent vel peius v̄l̄ melius. Qui vō di-
spositi sunt nō oīo retinent habitum.

Sc̄da differentia inter habituꝝ t̄ dispositionem est q̄ om̄is habitus est dispositio. sed nō om̄is dispositio est habitus. vt patet. nā quicq̄ b̄ habituꝝ dic̄t dispositus bene vel male. sed non om̄is dispositus dic̄t habere habituꝝ. Sz hic p̄t̄ esse dubiū. nā ph̄s assignando differētiam p̄m̄ dicit q̄ om̄is dispositio est de facili mobilis. tunc arguit sic. Om̄is dispositio ē de facili mo-
bilis. om̄is. habitus est dispositio. ergo oīo ha-
bitus est de facili mobilis. conclusio est falsa. et
non maior. ergo minor. Sc̄endū q̄ dispositio
est in plus q̄ habitus. nec assignat ph̄s differē-
tiam inter habituꝝ t̄ dispositionē per b̄ q̄ om̄is
dispositio sit de facili mobilis. habitus vō non
sed per b̄ q̄ om̄is habitus est de difficulti mobi-
lis. t̄ non om̄is dispositio est de facili mobilis.
t̄ ita aliqua dispositio que est nō est habitus et
aliqua que est habitus. vnde dispositio est cōis
ad qualitatē de difficulti mobilē t̄ ad qualitatē
de facili mobilē. Sc̄endū t̄ q̄ dispositio p̄t̄
accipi cōiter t̄ stricte. Dispositio cōiter accepta
est cōis ad qualitatē de difficulti mobilē t̄ ad q̄li-
tatem de facili mobilē. Et sic dispositio est cōis
ad om̄ia que sunt in p̄ma sp̄e qualitatis. t̄ sic ac-
cipiendo dispositionē assignanda est differētia
inter habituꝝ t̄ dispositionē eo mō quo dēm̄ est.
Alio modo accipit dispositio stricte secundū q̄
est cōis ad qualitatē de facili mobilez t̄. t̄ sic
habitus t̄ dispositio p̄mo mō dicta differūt sic
superius et inferius. sed dispositio sc̄do modo
dicta t̄ habitus differunt sicut magis perfectū
t̄ minus perfectū i eadē specie. vnde Boecius
t̄ simplicius dic̄t q̄ habitus et dispositio non
differūt specie nec genere sed solūmodo nume-
ro. vnde dic̄t q̄ habitus t̄ dispositio differunt
sicut differunt vir t̄ puer. differunt etiā quia di-
spositio est habitus infirmus. sed habitus ē fir-
ma dispositio. vel differūt habitus t̄ dispositio
sicut differt color magis albus et color min⁹ al-
bus. sed hic quidē p̄manet. ille statim piturus
est. Sc̄endū q̄ dupler p̄t̄ esse causa quare ali-
qua dispositio est de facili mobilis. vna ppter
imperfectionē forme. alia ppter defectū cause
conservans eam in subiecto. Exemplū p̄mi. q̄li-
tas remissa frequēter de facili mobilis est et q̄li-
tas itensa est de difficulti mobilis. verbi grā. pri-

mus actus dispositionis ad habituꝝ virtus cau-
sat aliquid in potentia. sed illud est valde remis-
sum. ideo de facili perdit. Sed illud q̄ causat
ex actibus frequēter iteratis est intensum. t̄ nō
perditur de facili. Exemplū sc̄di. caliditas mul-
tu itensa que si derelinquat p̄pe nature illa ca-
liditas quantūq̄ intensa sit faciliter corūpit
proper defectū conservans. Si enim ignis ess̄
approximatus qui possit p̄seruare calorem illa
caliditas aque non corūpet. C Circa istam
partem tria sunt intelligenda. p̄mo q̄ ille que
hic ponunt species qualitas nō sunt species ex
opposito disticte. quomodo distinguunt homo t̄
asinus. sed species accipiunt in p̄posito p̄ modo.
vnde quatuor sunt sp̄es. q̄litas idest quatuor
sunt modi qualitatis qui modi non sunt modi ex
opposito distincti. patet. nā idē numero nō con-
tinet sub specieb̄ ex opposito distincti. sed idem
numero ē in p̄ma sp̄e qualitas in sc̄da t̄ in fūta.
ergo ille species nō sunt opposite. Alsumptū ar-
guit. nā calor fūmē in p̄ma specie qualitas
t̄ calor ē i sc̄da specie qualitas cū sit naturalē po-
tentia. t̄ calor ē in tertia specie qualitas cum sit
passibilis vel sensibilis qualitas. vñ idem calor
numero in cōparatione ad sensum quē perficit
mobiliter vel imobiliter ē in p̄ma specie q̄litas
t̄ in cōparatione ad actionē realē cuius ē p̄nci-
piū actiuū ē in sc̄da specie qualitas. quia sic ē
naturalis potentia. t̄ in cōparatione ad illū q̄d
imutat v̄l̄ imutare p̄t̄ ē in tertia specie qualita-
tis. quia sic ē qualitas sensibilis. vñ in quaūtū p̄-
ficit subiectū ē in p̄ma specie qualitas. t̄ in q̄zū
est p̄ncipiū realis operationis ē in sc̄da specie
qualitatis. t̄ in quaūtū ē p̄ncipiū spiritualis vel
sensibilis ē i tertia specie q̄litas. Sc̄do ē notan-
dum q̄ de numero eoz que hic ponunt in p̄ma
specie qualitas quedā sunt res simplices nō cō-
posite ex rebus diversor̄ genez videlicet ex mā
t̄ forma. et hm̄i forme sunt forme absolute. vt
caliditas frigiditas albedo et nigredo et hm̄i
forme. quedā illāp nō sunt res simplices s̄z res
aggregate ex relatione t̄ diversis qualitatibus
verbi grā. sanitas dicit p̄portionē humorū vel
qualitatū p̄mar̄ conuenientē vite animalis t̄ p-
manentie. vñ non quecūq̄ p̄portio humorū ē
sanitas. sed debita p̄portio cōueniens vite ani-
malis. vnde aliqua p̄portio est cōueniens vite
animalis vnius t̄ corruptiua vite alteri⁹ aialis.
vñ nō solū p̄portio humorū est sanitas s̄z cōne-
niens vite aialis. s̄z p̄ oppositū egritudi ip̄portat
proportionē humorū disconuenientē. t̄ eodem
modo est de pulchritudine. q̄ pulchritudo non
solum ip̄portat qualitatē simplicē sed quātitatez
t̄ plures qualitates cōuenientes aiali. vnde pul-
chritudo ip̄portat magnitudinē corporū cū colo-
re. figura t̄ ceteris dispositionib̄ cōuenientib⁹

aiali ad pulchritudinē requisitā. et ideo pulchritudo importat plures res absolutas cōuenientes aiiali. vnde aliqua dispositio mēbrovū que ē pulchritudo in viro eset turpitudō in muliere. et iō pulchritudo ultra quantitatē et qualitatē addit cōuenientias ipsi aiiali cui inesse debet pulchritudo. Et q̄i sanitas et pulchritudo nō p̄mo important qualitatēz. ideo non debent ponī in aliquo genere cū sint aggregata per accidēs. Dicēdū ergo secundū veritatē q̄i non sunt in aliquo genere vno quātū ad totuz q̄d important. sed rōne diversaz partū sunt in diversis p̄dicamentis. nā rōne formalū sunt in genere relationis. et ratione materialiū sunt in p̄ma spē qualitatē. ideo p̄bs. 8. phy. dicit q̄ ad illa que sunt in p̄ma spē qualitatē cuiusmōi sunt habitus corporoz et aie non est motus. q̄i sunt ad aliqd q̄d est vñ rōne forme in eis. s. rōne relationis. sed rōne materialiū in eis nō est vñus motus ad illa sed plures. ad illas vñ qualitates de p̄ma spē que sunt forme simplices bene p̄t esse motus. q̄i sūt forme absolute nec sūt ad aliqd. Et si dicat quare hmōi aggregata ponunt in p̄dicamento qualitatē. Dicēdū q̄ duplīci de causa. p̄mo ponunt in p̄dicamento qualitatē. tū q̄i materialia in eis sunt qualitates. tū q̄i per hmōi aggregata cōuenienter respondeſ ad interrogatiōnē factam per quale de aliquo. Nā si querat qualis ē sor. cōuenienter respondeſ sanus vel pulcher. 3° est notandū q̄ aliter capiſ habitus hic. et aliter capit in libro ethi. Nā habitus vno mō accipit vt ē cōis ad oēs qualitates de difficii mobiles. Alio mō accipit habitus p̄ qualitatē generatai aliqua potentia aie ex actu vñ actib⁹ illius potētie naturalis inclinatē illam potentiam ad p̄siles effectus vel actus. et sic accipit habitus in libro ethi. et habitus isto modo est inferior ad habitum primo modo acceptum.

Aliud vñ genus qualitatē est secundū q̄d pugillatores vel cursores dicunt vel salubres vñ insalubres et sim pliciter quecūqz secundū naturalez potentiam vel impotentiam.

Hec est tertia particula p̄me partis in qua defīminat de his que sunt in scđa spē qualitatē. Et cōtinet duas ptes. In p̄ma narrat que sunt in scđa spē qualitatē. In scđa ibi. Non enī q̄ sunt dispositi. narrat que non sunt in scđa spē qualitatē. cū tñ videant in 2⁹ spē. In p̄ma ḡ pte dicit q̄ aliud gen⁹ qualitatē est supple naturalis potentia aliqd faciendi vel patiendi. siml̄r naturalis impotentia aliqd agendi vel patiēdi in scđa spē qualitatē. Et ponit exempla dicens q̄ illō propter q̄d aliqui dicunt cursores vel pugillatores naturaliter salubres vel insalubres. dicit qualitas de scđa spē qualitatē. vnde potentia

naturalis propter quā aliquis p̄t currere in 2⁹ spē qualitatē. sic et naturalis potentia pugnādi sic enī naturalis potentia ppter qui aliqui dicunt salubres et apti ad sanitatē. et etiā dispositio cōtraria ad sanitatē sūt quā aliqui dicunt insanianti salubres aut egrotatiui sūt i scđa spē qualitatē.

Nō enī q̄m sunt dispositi aliquo mō vñūqđqz hmōi dicunt. sed q̄ habeāt potentia naturalē vñ facere qd facile vel nihil pati vt pugillatores vel cursores dicunt non q̄ sint dispositi sed q̄ habeāt potentia hoc facile facien di. Sanatiui aut dicunt eo q̄ habent potentia naturalē vt nihil a quibuslibet accidētibus patienti. Egrotatiui vñ q̄ habent impotentia nihil patiēdi. Siml̄r aut his et durū et molle se habent. Durū enī dicit q̄d habet potentia nō citius secandi. Molle vñ q̄d eiusdē ipsius habet impotentia.

Hec est scđa particula p̄me partis in qua narrat que non sunt in scđa spē qualitatē. cum tñ vidēt sub illa spē eē. posset enī aliquis credere q̄ omnis dispositio que est p̄cipiū agendi et patiēdi est in scđa spē qualitatē. Istud remouet p̄bs dicens q̄ non quocūqz mō dispositi ad agēdū vel patiēdū. vñbi grā. ad currendū vel nauigādū vel pugnandū dicunt hmōi a dispositione q̄ est in scđa spē qualitatē. sed dicunt cursores vel pugnatores qui hñt potentia naturalē faciliter ad currendū vñ ad pugnādū. dicunt hmōi cursores a potentia que est in scđa spē qualitatē. Siml̄r illi qui hñt potentia non patiēdi faciliter sed resistēdi dicunt hmōi a potentia naturali de scđa spē qualitatē vt sanatiui dicunt q̄ non p̄t faciliter pati ab extrinsecis. et egrotatiui qui hñt potentia patiēdi. q̄r faciliter patiuntur ab extrinsecis. et non hñt virtutē faciliter resistēdi corrupētib⁹ seu agentib⁹ ad corruptiōnē. Et sicut est i anima ita est i ināiatis. q̄m ināiata hñt nālem potentia vel ipotentia faciliter faciēdi vel resistēdi vt durū dicitur eo q̄ habet naturalē potentia non cito secādi. molle vñ dicit eo q̄ ipotentia resistēdi secationi et hmōi potentia vel ipotentia sunt in scđa spē qualitatē. Una dubitatio leuis oritur hic quare p̄bus sanatio tribuit potentia non patiēdi. egrotatiuo vñ et molli tribuit ipotentia naturalē ad nō patiēdū. videt enī q̄ sit verius dicere ecōuerso. quia egrotatiuum p̄t de faciliter pati et molle de faciliter secari. et ita vtriqz cōpetit potentia ad facile pati. Et sanatiū et durū videntē habere impotentia ad pati. quia sanatiū dicit habere impotentia ad patiēdū de faciliter. et durū dicit

habere impotentiam ad facile divisionem. Dicendum est quod omnis corruptio et omnis transmutatio ad peius est propter defectum potentie ad resistendum contrario. Et ideo dispositio per quam dicitur res de facili transmutari ad peius non propter defectum sed impotentiam, unde egrotatiuum quod potest de facili pati a corrupte sanitatem non est de naturali potentia. Sed ex naturali defectu vel ex defectu naturalis potentie propter quod attribuit ei bene potentiam. Et similiter molli. qui non habet naturalem potentiam ad resistendum duricie suae divisioni. Similiter impotentiam ad patientem non est impotentia sed proprie potentia. Ideo proprie bene loquitur physici attribuendo sanatio potest ad non patientem. et duro potest ad non faciliter divisionem. Et ideo logmum cum dicimus sanatum non posse pati a contingentibus. et durum non posse de facili secari. quia tale non posse est magis proprie posse quam non posse. Hic est dubitatio quod physici habitum vel dispositionem vocat speciem qualitatis. potentiam vel impotentiam non vocat speciem qualitatis sed genus. Ad istum respondet Boecius hoc modo dicentes quod quartuor species quas physici assignat non sunt species specialissime sed species subalterne qualitatis. Species autem subalterna est species et genus. Et ideo ad designandum quod species quas assignat non sunt species specialissime aliquam illarum vocat speciem. et aliquam illarum vocat genus. Alij dicunt quod habitus et dispositio non differunt species sed secundum magis et minus. Et secundum magis perfectum et minus perfectum in eadem specie. Et ideo dicunt quod habitus et dispositio sunt una species. sed naturalis potentia vel impotentia differunt species. et ideo naturalem potentiam vel hypothetiam dirit esse genus qualitatis. Notandum quod potentia in proprio accipit indifferenter per potentia activa et passiva. Nam secundum potentiam activa dicitur aliquis pugillator vel cursor. et secundum potentiam passiva dicitur aliquis egrotatus. quia faciliter patitur ab extrinsecis et a corruptis sanitatis. Sciendum est quod qualitates active et passive acqsite per doctrinam et exercitium sunt in prima specie qualitatis et non in secunda. sed potentie naturales active sunt in secunda specie qualitatis. Et in his differt prima species qualitatis a secunda. et hanc differentiam physici intelligit cum dicit quod aliqui dicunt pugillatores secundum hanc speciem qualitatis. non quia sunt dispositi per artem vel exercitium. sed quia habent naturalem potentiam sciendi aliquid. aut non patienti ab aliquo vel faciliter resistendi.

Tertia vero species qualitatis est passibilis qualitas et passiones. sunt autem huiusmodi ut dulcedo. amaritudo. austritas et omnia his cognata. Am-

plius autem calor et frigus albedo et nigredo. et quoniama he qualitates sunt manifestum est quoniama secundum eas diciuntur quales. Quocumque enim ista suscepint dicuntur qualia secundum ea ut mel quoniama dulcedine suscipit dicitur dulce et corpus album eo quod albedine suscipit. similiter autem se habent et in ceteris. Hec est quarta particula prima partis in qua determinatur de his que ponuntur in tertia specie qualitatis. et continet duas partes. In prima parte enumerat illa que ponuntur in ista specie. In secunda ibi. Passibiles. ponit differentiam inter contenta sub hac specie. In prima ergo parte dicit quod passibiles qualitates et passiones sunt in tertia specie qualitatis. sicut dulcedo amaritudo austritas et his similia. Si ergo calor frigus albedo nigredo et huius sunt in tertia specie qualitatis. unde breviter qualitates per se sensibles a gustu et tactu. a visu et cetero. sunt in tertia specie qualitatis. Quod autem albedo amaritudo calor frigus sunt qualitates passibiles. et hec est conclusio tertii huius libri que passibiles sic. Quecumque forme sunt quae subiecta recipiuntur illas dicuntur qualitates sunt qualitatem. ut patet per descriptionem qualitatis superius positam. sed subiecta recipientia predictas formas sunt ipsas dicuntur qualia. ergo predictae forme dulcedo calor amaritudo et cetero. sunt qualitates.

Passibiles vero qualitates dicuntur non pro eo quod illa que eas suscepint qualitates aliquid patienti. neque enim mel quoniam aliquid passum sit idcirco dicendum dulce. neque aliquid aliud huiusmodi. similiter autem et calor et frigus passibiles qualitates dicuntur non quod ipsa que ea suscipiunt qualitates aliquid passa sunt. sed quoniama eorum que dicta sunt singula secundum sensum qualitatibus passionum perfectiora sunt qualitates passibiles dicuntur. Dulcedo enim passione quandam secundum gustum efficit et calor secundum tactum. Similiter autem et aliud. Albedo enim et nigredo et aliud coloris non sunt his quod dicta sunt passibiles qualitates dicuntur. sed eo quod he ipse qualitates ab aliquibus passionibus innascuntur. Quoniama ergo sunt per aliquam passionem multe colorum mutationes manifestum est. Erubescens enim quis rubeus factus est. et tumescat

lidus et unquamque talium. Quare vel si quis naturaliter aliquid talium passus est simile colorē eum oportet habere. Que enim affectio nunc ad verecundias circa corpus facta est et se cundū naturalem passionē eadē fiet affectio ita ut naturalis similis et color sit.

Hec est scđa pars quarte particule scđe partis in qua pbs ponit diversitas inf contenta sub hac specie. Et continet duas particulas. In prima igit̄ narrat p aliquae qualitates diversimode dicunt q̄litates sensibiles. In scđa ibi. Que cunq; igit̄ talium ponit differentiam inter passibiles qualitates et passiones. In pma igit̄ particula enumerando dicit q̄ qualitates que sunt obiecta gustus vel tactus sicut dulcedo amaritudo. calor. frigus dicunt passibiles qualitates non ppter h̄ q̄ subiecta illaz patiant ab eis. nihilni patitur a dulcedine nec subiectū caloris aliquid patit. Et ille dicit passibiles qualitates quia inferunt passionē sensibus. dulcedo enim infert quandā passionē gustui. s. delectationem vel tristiciā. qualitates aut̄ que sunt obiecta vi-sus sicut albedo et nigredo nō dicunt passibiles qualitates. quia inferant passionē sensui. sed q̄ ab aliquib⁹ passionibus inascunt. nā ppter alias passiones anime causant varijs colores i corpore sicut ex verecundia causa rubedo in facie sine rubor ex timore causa pallor in facie. et id quales aliqui naturaliter habent tales qualitates cōsequentes naturaliter habent sicut illi qui sunt timidi naturaliter sunt pallidi.

Quocunq; enim talium casuiz ab ali- quibus passionibus difficillime mo- bilibus et permanentibus pncipiuz sumiserint qualitates passibiles di- cuntur. Siue enim secunduz natura- lem subsistentiaz pallor aut nigredo facta est qualitates dicunt. Quales enim et secundum eas dicimur. siue propter egreditudinē longā vel propter estum aut aliquid tale contingit vel nigredo vel pallor et non facile prete- rit et in vita permanent qualitates et iste dicunt. similiter autem et quales secundū eas dicimur. Quocunq; vō ex his que facile soluunt et cito tran- seunt. fiunt. passiones dicunt. nō enī dicimur secunduz eas quales. neq; enim qui propter verecundia rube-

factus ē rubeus dicitur. nec cui pal- lor propter timorē venit pallidus est sed magis q̄ aliquid passus sit. Qua- re passiones huiusmōi dicunt. qua- litates vō minime.

Hec est scđa particula huius pars in qua pbs ponit differentiam inter passiones et passibiles q̄ litates corporis. Similiter autem his secundū ani- mā ponit differentiam inter passibiles qualitates et passiones aie. Intendit igit̄ dicē q̄ ois q̄litas sensibilis diu permanēt est passibilis qualitas sed qualitates sensibiles que nō diu permanēt dicunt passiones. dicit ergo pmo q̄ quecūq; q̄litates fiunt a talibus passionib⁹ permanentib⁹ et de diffīlici mobilibus dicunt passibiles quali- tates siue fiunt a natura sui per egreditudinē vel estum vel aliā causā a natura. ita tñ q̄ perma- neant et sint de diffīlici mobiles dicunt passibi- les qualitates. et secundū ess dicit aliquis qua- lis. sed tales qualitates v̄l colores causati a pas- sionibus leuiter transiuntib⁹ dicunt passiones et nō qualitates passibiles. patet quia secundū eas non dicit aliquis qualis. qui enī ppter ve- recundia factus ē rubeus nō dicit rubeus. nec pallidus qui ppter timorē factus est pallidus. sed huiusmōi qualitates dicunt passiones. ga- secundū eas dicimus aliquid pati. vt patet. ille enim dicitur aliquid pati qui per verecundias factus est rubeus. et propter timorē pallidus. Similiter autem his que secundum animā passibiles qualitates et passio- nes dicuntur. Quocunq; enī mox in- nascēdo ab aliquibus passionibus fiunt qualitates dicunt. vt demētia vel ira et alia huiusmōi. quales enim secundū eas dicimur vt iracundi v̄l dementes. Similiter autem et quecū qz alienationes non naturaliter sed ab aliquibus casibus facte sunt diffī- cile pretereūtes et omnino imobiles et huiusmōi qualitates sunt. Quales enim secundū eas dicimur. Quocunq; aut̄ ex his que cito pretereūt fiunt passiones dicunt. vt si quis cōtrista- tur iracūdior fit. Non enī dicitur ira- cundus qui i huiusmōi passione ira- cundior est sed magis aliquid ē pas- sus. Quare passiones quidē huius modi dicunt. qualitates vō minime. Ponit differentiaz inter passibiles qualitates et passiones anime dicens q̄ ille qualitates que

sunt ex passionibus nō cito transeuntib⁹ vel ex
 quibuscūqz alijs causis si sint diu permanētes
 vel de diffīcili mobiles dicunt passibiles qualit
 ates sicut dementia vel ira que a natuitate v⁹
 ab alībus passionibus sunt dicunt passibiles
 qualitates ⁊ diu permanēt. ideo secundū eas di
 cunt aliqui quales vt demētes v⁹ iracundi. Sz
 si hiant a passionibus cito transeuntib⁹ et nō sint
 permanētes nec de diffīcili mobiles non dicunt
 passibiles qualitates sed magis secundū eas
 dicit aliquis passus. verbi gra. si aliquis contri
 statis sit iracundia non dicit iracundus pp̄ter
 huiusmōi passionē. sed magis dicit aliquid pas
 sus. Et ideo huiusmodi qualitates que sunt a
 passionibus de facili transeuntib⁹ que non diu
 permanēt dicunt passiones et nō passibiles q̄lī
 tates. C Circa istā partē sunt duo dubia. Mu
 mū dubiū ē q̄ nō rideſ q̄ passio sit in tertia spē
 qualitatis. quia qđ est predicamentū per se nō
 est in tertia specie qualitat̄. sed passio ē hmōi.
 Hicenduz est q̄ passio multis modis accipitū
 vno modo passio dicitur actus potentie appeti
 tue quē sequitur delectatio vel tristitia. ⁊ sic acci
 pit ph̄s 2° ethi. passionē. vbi dicit. Bico autē pas
 siones p̄cupiscentiā. iram. timorē. audaciā. amī
 citiā. odiū. desideriū. delectationē vel tristiciā
 ⁊ hec est vna significatio passionis quam ponit
 auctor sex p̄ncipiorū vbi ponit significationem
 multipliceſ huius nominis passio. Alio modo
 dicitur passio illud qđ est per se predicamentū
 Alio modo accipit passio pro receptione. ⁊ sic in
 tellectus quādō intelligit patiſ et recipit actum
 intelligendi ⁊ etiā ſenſus quādō ſentit patitur
 Alio modo accipit passio pro receptione for
 me cū abiectione forme cōtrarie. ⁊ ſic aqua cuž
 calefit patiſ. quia recipit calorē cuž abiectione
 frigiditas. Et ſic non neceſſe eſt pati intellexiū
 intelligendo nec ſenſum ſentiēdo. alio modo ac
 cipit passio pro accidente proprio alicui ſub
 iecti qđ quideſ egredit̄ a proprijs p̄ncipijs ſub
 iecti. et ſic passio eſt id qđ predicas 2° modo di
 cendi per ſe de ſubiecto. Et ſic loqut⁹ de passio
 ne ph̄s in libro posterio. Alio modo accipit pas
 sio pro omni actu appetitus conseqūtis cogni
 tionē. ita q̄ etiā accipit pro delectatione ⁊ tristi
 cia. Alio mō accipit passio pro qualitate cau
 ſata ex actu appetitus ſenſitui de facili mobil
 qui act⁹ dicit passio anime cuiusmōi ſint timor
 iracundia ⁊ huiusmōi. Ex iſtis quedaz cauſant
 qualitates de facili mobiles vt rubedo pallor. q̄
 hic dicunt passiones. Per h̄ p̄z ſolutio ad du
 bitationē adductaz. qm̄ passio que eſt immeſte
 effectus actionis eſt p̄dicamentū. et passio que
 eſt qualitas ſenſibilis de facili mobilis eſt i ſtia
 ſpecie q̄litatis. et ſic accipit equoce. C Sedo
 dubitatur. q̄ videtur q̄ qualitates ſenſibiles q̄

ſunt oba viſus inſerunt paſſionē ſolū ſicut oba
 g��us ⁊ tactus dicūt passibiles qualitates. q̄a
 inſerunt paſſionē ſenſibus. nā qualitas viſibil
 vt albedo nigredo ⁊ hmōi inſerūt ſensationem
 in viſu. ⁊ ſenſatio eſt quedā paſſio. igitur quali
 tates ſenſibiles vt albedo nigredo inſerūt paſſionē ſenſu. Bicēdū eſt q̄ ph̄s dicit q̄ ſenſibi
 lia g��us et tactus inſerūt quādā paſſionē ſenſi
 bus ⁊ non ſuis ſubiecti. per paſſionē modo nō
 intelligit ſensationē. ſed per paſſioneſ intelligit
 delectationē aut tristiciā ſequentē appreheſio
 nē ſenſitivā qualitatū ſenſibiliuſ que ſunt oba
 g��us ⁊ tactus ⁊ non inſerunt hmōi paſſioneſ
 ſubiectis in quib⁹ ſunt vt mel non patiſ a dulce
 dñe delectationē vel tristiciā. nec calidū tristat
 a calore. ſed qualitates ſenſibiles g��⁹ ⁊ tactus
 inſerunt talē delectationē vel tristiciā ſenſu. g��
 us eni ſuſtando dulcedinē vel amaritudineſ
 delectat vel tristat. tactus eni ſentiendo caloreſ
 vel frigus delectat vel tristat. Et pp̄ter h̄ quali
 tates que ſunt oba g��us ⁊ tactus dicūtur paſſi
 biles qualitates. nō q̄ cauſent ſensationē i ſenſi
 bili. Sz q̄ delectationē vel tristicieſ cauſant in
 ſenſu mediante cognitione ſenſitiva. Sz propter
 hanc cām non dicūtur colores qualitates ſenſi
 biles. q̄ hmōi paſſionē cauſent in ſenſu. Sz quia
 magis cauſant a paſſionib⁹ ſenſitivis. vt a timore
 verecundia ⁊ hmōi. Sed cōtra eſt dubium qm̄
 colores inſerunt viſu delectationē vel tristicieſ
 ſicut ſenſibilia g��us ⁊ tactus inſerūt g��ui et
 tactui delectationē vel tristiciā. nā viſus delecta
 tur in viſendo colores delectabiles. et tristatur
 in viſendo colores turpes ⁊ diſproportionatos
 viſu. ergo q̄litates viſibiles debet dici qualita
 tes paſſibiles. q̄ inſerūt delectationē vel tristi
 ciā viſu. Bicēdū eſt vt dicit ph̄s 3° ethi. De
 lectationes g��us ⁊ tactus inſerunt paſſiones
 magis ſenſibiles cū ſint marie vehemētes. et iō
 ph̄s hic ſp̄aliter attribuit qualitatib⁹ g��us et
 tactus. ſ. inſerre delectationē v⁹ tristiciā ſenſib⁹
 licet eni colores inſerant delectationē vel tristi
 ciā ſenſu. tñ dulcedo. amaritudo. calor ⁊ frig⁹
 inſerunt magis rē. ideo dicūtur qualitates ſenſi
 biles. q̄ inſerunt paſſioneſ in ſenſu magis q̄z
 colores h̄ colores aliquā delectationē vel tristi
 ciā inſerūt in ſenſu. Adhuc alia cā p̄t assignari
 nā ſenſibilia g��us ⁊ tactus cauſant i quolibet
 animali delectationē vel tristiciā. Omne eni aial
 h̄ ſenſu ⁊ tactu ⁊ delectationes aſtis vt p̄z in
 2° de aia. Sz ſenſibilia alioꝝ ſenſu nō cauſant
 delectationē vel tristiciā in omni aial. q̄ nō omni
 aial h̄ ſenſu. Et iō magis dicit de ob
 iectis g��⁹ ⁊ tact⁹ q̄cānt hmōi delectationē q̄z
 de obiecti alioꝝ ſenſu. q̄ oba g��⁹ ⁊ tact⁹ cānt
 hmōi paſſionē. ſ. delectationē v⁹ tristiciā marie
 vehemēter in oibus ⁊ obiecta alioꝝ ſenſu nō.

Quarto dubitas quia p̄hs dicit quia passione que est in tertia specie qualitas non dicitur aliis qualis. ut ex rubidine causata ex verecundia non dicitur aliis rubeus. Istud enim non videt verum quia p̄hs in primo istius capituli describendo qualitatem dicit quia qualitas est huius quam quales esse dicuntur. sed cuiuscumque corporis descriptio eidem competit descriptio. et passio est qualitas secundum p̄hs. ergo passio est secundum quam quales dicuntur. Dicendum est quia p̄hs generalius accipit qualem in principio istius capituli quam hic. quia in principio istius capituli accipit quale pro omni eo per quod contingit respondere ad questionem factam per qualem. Nunc si ex verecundia aliquis sit factus rubeus et querat qualis est non contingit respondere quia est rubeus. sed magis aliqd passus. quia p̄hs accipit hic quale solu pro eo quod permanenter est quale. unde breviter quale accipitur dupliciter. scilicet contingit et stricte. Contingit accipit per denominationem cuiuscumque qualitatis indifferenter sive sit qualitas permanens sive sit qualitas de facilis transiens et sic accipit quale in principio istius capitulo. Stricte accipiendo quale sic solu accipitur pro denotatione qualitatis diu permanentis et de difficultate mobilis. et iste est modus loquendi aliquorum qui dicunt quod non quilibet in facie habens rubidine propter verecundiam dicit rubeus. sed solu dicit rubeus homo qui ex naturali complexione. vel ex aliqua alia causa diu permanente habet rubidinem in facie. Et per id est dicendum ad quodcumque aliis dubiis. nam p̄hs dicit in textu quod passio non est qualitas et tantum ponit in tertia specie qualitas. ista enim videntur repugnare. Dicendum est quia p̄hs intelligit quod passio non est qualitas diu permanens de nominans subiectum. et tantum est qualitas in tertia specie qualitatis. Intelligendum est quod aliter accipitur passio in illa parte ubi ponitur differentia inter passionem et passibilem qualitatem. et aliter in parte precedenti accipit passionem pro actu appetitus sensitivi consequentis cognitionem sensitivam. ut pro timore verecundia et hinc. et per delectationem et tristitia consequentibus actus huiusmodi appetitus sensitivi. Sed hic accipit passionem pro qualitate sensibili consequente actu huiusmodi appetitus sensitivi. Sciendum quod sensibilis qualitas est qualitas per se sensibilis diu permanens. sive cause ex passione diu permanente. Sciendum quod omnis passibilis qualitas que est in tertia specie qualitatis est habitus de difficultate mobilis. non tamen econuerso.

Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura. Amplius autem et hec rectitudo vel curvitas et siquid est simile his secundum

Vnde quodcumque enim eorum quale quid dicitur. Secundum vero figuram vnuquodcumque quale quid dicitur. triangulum enim vel quadrangulum esse quale quid dicitur etiam et rectum et curvum. Rarum vero et spissum et asperum et lene putabuntur qualitate significare sed aliena hec putantur esse a divisione que circa qualitatem est. quādam enim positione partium quodammodo videntur utramque monstrare. Spissum vero quidez eo quod partes sibi immutem propinquae sunt.

Hec est quarta particula prima pars in qua determinatur de his que continentur in quarta specie qualitatis. et continentur duas partes. In prima parte narrat ea que continentur in quarta specie. In secunda ibi Rarum vero et spissum. remouet quedam a predicamento qualitatis que videntur esse qualitates et non sunt qualitates. In prima ergo parte dicit quod quartum genus qualitatis est. Et est sub quarta specie qualitatis continentur duo. scilicet forma. et circa hoc aliquid constans figura. et hinc ista rectitudo et curvitas dicuntur esse in quarta specie qualitas. Unde autem forma et circa hoc aliquid constans figura sunt qualitates probat p̄hs. et hec est loco. 37. huius libri probatur sic. Illa enim que aliqua dicuntur qualia sunt qualitates. sed haec forma et figuram aliqua dicuntur qualia. igitur forma et figura sunt qualitates. minor declarat sic. nam secundum triangulum dicit aliquid triangulare. et haec quadrangulum aliquid dicuntur quadratum. Intelligendum est hic secundum Boecium quod forma accipit in proposito per formam haec quam aliquid dicit formosum et non pro forma haec quam aliquid dicit formatum. Unde forma accipit in proposito pro compositione corporali vel dispositio membra secundum quam aliquis dicit formosus vel deformis. quod ex conuenienti dispositione membrorum dicitur aliquis formosus. et a dispositione inconvenienti dicitur aliquis deformatus. et forma isto modo accepta est vnuus significatus speciei in porphyrio positum. ubi dicitur quod species est vniuersalitas rei forma secundum quam significatio dicuntur species primi digna est specie. vnde forma in proposito secundum Boecium accipitur pro pulchritudine vel turpitudine. et quia pulchritudo et turpitudo solu percepuntur in animalibus. ideo forma in proposito solu continetur in animalibus. sed figura indifferenter reperiuntur in inanimatis et animatis. vnde figura est terminus et clausio rei qualiter et talis indifferenter reperiuntur in animalibus et in inanimatis ut dictum est. Aliud dicitur posset quod p̄hs in proposito accipit formam et figuram pro eodem. ita quod licet tenet expositum. ita quod iste sit

ſensuſ. quartū genus qualitātis eſt forma. et cir-
ca aliquid corporis cōſtantia ſigura. vñ figura dicit
forma inquantuſ dat eſſe rebus artiſcialibus.
formae enī rēp artiſcialiuſ ſunt accēntia vt p3 ex
1° phy. ſed ill3 idem dicit figura ſim q̄ e termi-
nus quātitatiſ. vñ illa que ſunt in quaſa ſpecie
qualitatiſ ſunt termini quātitatiſ. Et ideo dicun-
tur qualitatiſ in quātitate. Sed dubiū eſt qm̄
omniſ quātitatiſ terminat terminiſ propriiſ. f.
terminiſ de ḡne quātitatiſ. vt corpus terminat
ſuperficie. ſuperficieſ linea ſ linea pūcto. ḡ nō
poſere aliquā qualitatē terminanteſ aliquā
quātitatē. Biſendū q̄ ois quātitatiſ terminatur
immediate termino ppriy ḡius ex quo in resultat
terminuſ ſedariuſ de quaſa ſpē qualitatiſ. f.
figura. Qualiter tñ quātitatiſ diſſert a qualitatē
diſſicile eſt videre. nec eſt hic perſcrutandū ſed
alibi. Nunc eſt dc̄m q̄ qualitaſ de quaſa ſpē
qualitatiſ eſt ſubiectuſ in terminiſ ppriy de
ḡne quātitatiſ. rectitudiſ enī ſ curuitas inſtant li-
nea ſ superficie. ſ p tanto diſcunt figure eē ter-
miniſ quātitatiſ. quia ſunt qualitatiſ propiuuſ
terminorum quātitatiſ.

Rarum vñ eo q̄ diſtent a ſe inuiicez.
Lene quidē q̄ in rectuſ ſibi partes ia-
ceant. Asperuſ vñ eo q̄ hec quidem
pars ſuperior ſ illa ſit inferior. Et for-
taſſe alii quoqz apparebunt qualita-
tiſ modi ſed qui maxie diſcunt hi ſunt
he qualitatiſ itaqz ſunt q̄ p̄dicate ſunt.
Hee eſt ſc̄da particula huius p̄tis in qua p̄b̄ ſ
remouet a p̄dicamento qualitaſ ea que viſent
eſſe qualitatiſ ſ non ſunt. ſ dicit q̄ raz ſ ſpissuſ
asper ſ lene viſent ſignificare qualitatē. ſed tñ
ſunt extranea a diuiniſione qualitaſ. nā iſta viſe-
tur magis ſignificare poſitionē vel ſituuſ q̄
qualitatē. vt p3 per eoz deſcriptioe. nā aliqd
diſcitur ſpiffum eo q̄ ptes eius ppinque iacent
ſ aliquid diſcif asper. q̄ vna pars ſupereminet
alteri. Et aliqd diſcif lene eo q̄ partes equaliſ
protendunt. Et raruſ diſcitur ex eo q̄ ptes eius
remote ponunt abinuicē in toto. ſ ita omnia illa
viſenſ eſſe de ḡne poſitione. vnde epilogando
quātuſ ad iſta ptem diſcif q̄ forte ſunt alij modi
qualitaſ. Sed iſti q̄ diſci ſunt. ſunt magis viſi-
tati. Intelligendū eſt q̄ iſta noia asper ſ lene ſc̄. ſ
ex ſignificatione p̄ncipali ipoſtant ſignificatio-
ne vñā. f. poſitionē. ſed ex ſt̄i diſcunt qualitatiſ
circa partes ſic poſitas. C Circa iſt̄ ſc̄de dem̄
q̄ partes ppinquiū iacēt in denſo q̄ in raro
eſt intelligendū q̄ illud dc̄m non h̄z veritatē
de partibus immediatis. qm̄ partes immediate in
denſo non iacent ppinquiū q̄ partes immediate
in raro. Non enī iacent due medietates denſi
ppinquiū q̄ due medietates rari. nā ipoſſibi

le eſt aliqua iacere propinquiū q̄ inter illa
nullum mediuz ſi niſi forte idiliſibile. Similiſ
partes mediate ſ distantes in vno denſo nō ia-
cent ppinquiū q̄ partes mediate ſ distantes in
aliquo raro. quia ſicut i denſo aliue partes di-
ſtant abinuicē per quātitatē digitalez. ſ aliue
per quātitatē pedalē. ita in raro cōtingit aſſi-
gnare aliquas partes distantes p pedalē quā-
titatem ſ aliquas p digitalē. Dico iſiſ q̄ p tāto
diſcif p̄b̄ ſ in denſo partes magis diſtant q̄
in raro. q̄ ſi ex raro ſiat denſum ppinquiū iace-
bunt ptes in denſo q̄ eedē ptes p̄us iacebunt i
raro. ſ h̄ eſt verū. nā extremitates rari iacebūt i
denſo ppinquiū q̄ ex raro ſcm eſt denſum.

Qualia ſunt que ſecundū hoc deno-
minatiue diſcunt vel quōlibet aliter
ab hiſ ut a candore candidus ſ grā-
matica grāmaticus et a iuſticia iuſt².
Similiter vñ ſ in aliis.

Hec eſt ſc̄da pars p̄ncipalis huius capituli i q̄
p̄b̄ ſ determinat de ſubiecto quali. Et continent
duas particulas. In p̄ma narrat que diſcunt q̄lia
in ſc̄da ibi. In aliqbus vñ. narrat q̄ qualia di-
ſcunt denoſatiue a qualitatibus. In p̄ma ergo
particula diſcif q̄ qualia diſcunt illa que a quali-
tatibus p̄diciſ diſcunt denoſatiue qualia vel ali-
quo modo diſcunt qualia ab eiſ. Qd autē aliqd
diſcunt qualia denoſatiue a qualitatibus p̄diciſ
patet nā a calore diſcif aliqd calidus. ſ a grā-
matica grāmaticus. ſ a iuſticia iuſtus ſ ſic de cete-
ris. Intelligendū eſt q̄ qualitas in p̄ncipio iſti
ue capituli deſcribiſ per quale. et quale nūc de-
ſcribiſ per qualitatē. ex h̄ non accidit aliqd iſo
ueniens. nā ex quo qualitas eſt vñā genus ge-
neraliſſimuſ non pōt qualitas deſcribi per aliqd
priora ſimpliſ. ſ deſcriptio qualitaſ per quale
eſt deſcriptio qualitaſ per effectuſ ſ ſic p p̄ora
quo ad nos ſ non per p̄ora ſimpliciter.

In aliqbus vñ eo q̄ non ſunt poſi-
ta qualitatibus noia nō p̄tingit ea q̄
diſcunt ab eiſ denoſatiue dici. vt cur-
ſor aut pugillator qui ſecundū valitu-
dinē naturalē a nulla qualitate deno-
minatiue diſcunt. Non enī poſita no-
mina ſunt valitudinibus ſecundum
quas iſti diſcunt quales ſicut et in di-
ſciplinis ſecunduz quas pugillatores
vel paleſtrici ſecundū affectionez di-
ſcunt. Pugillatoria enī diſcif vel pa-
leſtra diſcipлина. Quales vñ ab hiſ
denoſatiue hi qui ad eas afficiuntur
diſcunt. Aliqñ anteſ ſ posito qualita-
tiſ noie denoſatiue nō diſcitur id ad

qđ secundū eam quale quid dicit' vt
a virtute studiosus. virtutē enī habē
do studiosus dicif sed non denominā
tive a virtute. Non autē in plurimis
hoc tale ē. Que ergo qualia dicunt
aut denominatiue a p̄dictis qualita
tib' dicunt aut aliquo mō alr ab eis.
Hec est scđa pticula huius pris i qua phs nar
rat q̄ non oia qualia dicunt denoiatue a qua
litatibus pdicib'. t̄ b̄ q̄ cōtingit ondīr t̄ intendit
dicere q̄ duplici de cā pōt cōtingere q̄ qualia
non dicunt denoiatue a qualitatib'. aut q̄ tali
qualitati non est nomē iposītū. aut q̄ nomē cō
cretū non est denoiatue dictū ab illa qualitate
Exemplū p̄mi p̄z de pugillatore t̄ cursorē. Ista
enī denoiantur qualia sed non denoiatue a q̄
litate. ppter b̄ q̄ illis qualitatib' nālub' ppter
quas aliq dicunt pugillatores vel cursorēs nō
sunt noia iposita a quibus subiecta denoiatue
possint dici. tñ ipsis artibus ppter quas h̄ntes
eas dicunt cursorēs vel pugillatores sunt noia
iposita. vt illa noia pugillatoria vel cursoria. s̄
ab istis artibus vel noibus artiū non dicuntur
pugillatores vel cursorēs nā iter. b̄ est p̄p̄t po
tentiam nālem in eis exūtem. sed qui ab artib'
dicunt pugillatores vel cursorēs dicunt denoia
tive a talib' artib' vel noibus artiū tales. Ex
emplū scđi. nā illa qualitas ppter quā aliqs dī
studiosus non dicif denoiatue a virtute. t̄ hoc
quia b̄ nomē studiosus. t̄ b̄ nomē virtus nō cō
veniūt in p̄ncipio vocis. Et ad b̄ q̄ aliqd dicat
denoiatue ab alio regrun̄ tres conditiones vt
dictū est supra videlicet cōuenientia in p̄ncipio
vocis. t̄ dīa in fine t̄ cōuenientia i significato.
Inest vō p̄trarietas secundū qđ qua
le est vt iusticia iniusticie cōtraria est
et albedo nigredini et alia similiter.
Sūl̄ aūt t̄ ea que secūdū eas qualia
dicunt vt iniustū iusto et albū nigro.
Hec est scđa ps p̄ncipalis huius pris i qua de
terminat de p̄petatib' qualitas t̄ p̄tinet q̄tuor
particulas. In p̄ma ponit p̄ma p̄petatē quali
tatis t̄ remouet vnā dubitationē. In scđa ibi.
Suscipit aūt qualitas. ponit scđam p̄petatem
qualitas. In tertio vō ibi. Sūlia vō t̄ dissimilia
ponit tertīa p̄petatē qualitas. In quarta par
ticula ibi. Aut vō non decet. Remouet quandā
cauillationē. Prima pticula cōtinet tres pticu
las. In p̄ma ponit p̄petatē. In scđa ibi. Nō
aūt oībus. narrat q̄ ista p̄petas nō est cōis oī
bus qualitatib'. In tertia ibi. Amplius si ex cō
trarijs. remouet dubiū. In p̄ma igit̄ pticula po
nit p̄ma p̄petatē qualitas que est hie cōtra
rium. vñ dicit q̄ cōtrarietas inest qualitat. t̄ b̄

tam fīm abstractū q̄z fīm p̄cretuz. fīm abstractū
iusticia t̄ iniusticia sunt p̄traria. sīl̄. albedo t̄ ni
gredo sunt p̄traria. Sīl̄ fīm p̄cretū vt iustū t̄
iniustū sunt p̄traria. t̄ albū t̄ nigrū sunt p̄traria
posset hic poni p̄clusio. 38. huius libri. s. q̄ qua
litati inest p̄trarietas. hec p̄celo pbatur pbatiōe
exemplari vt dictum est.
Non aūt in oīb' hoc est. Rubeo enī
aut pallido aut hmōi colorib' nihil ē
cōtrariū qualitatibus existentibus.
Hec est scđa pars huius particule in qua phs
narrat q̄ hec p̄petas non est cōis oībus quali
tatibus. t̄ dicit q̄ ista p̄petas non suenit oīb'
qualitatibus. q̄ coloribus medij̄ inter albū
t̄ nigrum vt rubedini pallori nihil ē p̄trariuz
t̄ tamen isti colores sunt qualitates.
Amplius si ex contrarijs vñ fuit
quale hoc palā est proponenti ex sin
gulis alia p̄dicamenta qm̄ t̄ reliquū
erit quale. Nam si est iusticia iūsticie
cōtraria quale aūt est iusticia. quale
enī t̄ iūsticia. Nullū enī alior̄ p̄dica
mentor̄ aptabis iūsticie neq̄ quanti
tas neq̄ ad aliqd. neq̄ vbi neq̄ oīo
aliqd taliū nisi quale. Sic antež t̄ in
aliis q̄secūdū qualitates sunt p̄traria.
Hec est tertia pars huius particule i qua phs re
mouet dubiū q̄daz. Posset enī aliqs credere
q̄ vñ cōtrariū esset in vno gñie t̄ reliquū i alio
gñie. Istud remouet phs dicens q̄ si vñ p̄tr
ariū erit quale t̄ reliquū erit quale. b̄ ē si vñ
p̄trarioū erit in gñie qualitas reliquū erit i ge
nere qualitas t̄ non in alio vt p̄z inductio. qm̄
si iusticia sit in gñie qualitas. iniusticia nō p̄tēt
in gñie quātitatis. nec in gñie relationis. t̄ sic de
alij̄ generib'. t̄ ideo oī q̄ sit in gñie qualitatibus
Intelligendū q̄ hec p̄petas non est p̄p̄a quali
tati. tñ q̄ p̄petit alij̄ a qualitate vt actiōi t̄ pas
sioni t̄ relatiōi. et sic de alij̄ p̄dicamentis vbi est
p̄trarietas. tñ q̄ nō p̄petit oī qualitat. q̄ qualitat
de quarta specie qualitas nihil ē p̄trariū. In
telligentur est etiā q̄ sicut qualitatē est aliquid
cōtrariū ita etiā qualē est aliqd p̄trariū. nā sicut
albedo t̄ nigredo sunt p̄traria. ita albū t̄ nigrū
sunt p̄traria. q̄ p̄t̄ p̄dicari de eodē subiecto in
actu successiue t̄ non simul. Et si dicat q̄ cōtra
ria sunt in eodē gñie per p̄hm in topicis. Item
si albū t̄ nigrū eēnt p̄traria. cōtraria eēnt in eo
dem gñie. sed albū t̄ nigrū non sunt in eodē ge
nere. q̄ non sunt in gñie vt p̄z per p̄hm i topicis
Ite si albū t̄ nigrū eēnt p̄traria. aut q̄ eēnt con
traria fīm q̄ hñt suppositionē simplicē. aut fīm
q̄ hñt suppositionē p̄sonalez. non p̄mo mō. q̄a
sic supponunt p̄ aggregat̄ ex subiect̄ et formis

49

nō sapiens. Est ḡ dubiu vtrū sic sit i v̄lib⁹. s. q̄
ex negatione v̄lis s̄ p̄dicato finito p̄tingat inser-
re p̄positionem affirmatiua de p̄dicato infinito
subiecto eodē modo accepto seu de eodē modo
supponente. Et ad istā dubitationē respondet
Aris. dicēs q̄ nō ē d̄fia inter v̄les t̄ particulares
quantū ad illationē affirmatiue de p̄dicato finito
ex negatiua de p̄dicato finito vt dicit p̄bs in
singularibus. si verum est interrogatū negare

quoniā vēz ē et affirmare. hoc ē si singularis affirmativa de predicato finito negetur. ex illa negativa seu negatiōe predicati finiti de subiecto singulari contingit inferre affirmatiōe de predicato infinito de eodē subiecto singulari eodem modo sumptio. vt si querat vtrū sor. sit sapiens et dicatur q̄ non. ex ista negatione contingit inferre. q̄ sor. ē non sapiens. sed nō ē ita de vniuersa libus affirmatiōis de p̄dicato finito et infinito subiecto eodē modo supponēt. si enī querat virū ois hō sit sapiēs. et r̄ndeatur q̄ nō. ex h̄ non contingit inferre affirmatiōe de p̄dicato infinito subiecto eodē modo supponente. si enī querat vtrū ois hō sit sapiēs et r̄ndeatur q̄ nō. ex hac responsione non contingit inferre. q̄ ois homo ē nō sapiens. sed bene contingit inferre istam. q̄ non omnis homo ē sapiens. Et sic in vlibus non est respondendū p̄ negationē immediate additā cōpōni. sed in singularib⁹ sic. Si enim in singularibus fiat questio de p̄positione singulari affirmativa de predicato finito. et r̄ndeatur ad illā dicēdo non. ex ista responsione contingit inferre negatiōam de p̄dicato finito. verbi gratia. si q̄ratur vtrum sor. sit sapiens et respondeat q̄ non. ex ista cōtingit inferre. q̄ sortes non ē sapiens. nisi negatio addatur immediate verbo copulati p̄dicatum cū subiecto. Sed si queratur vtrū omnis hō sit sapiens et respondeatur q̄ non. ex hac responsione non contingit inferre negatiōaz in qua negatio immediate additur v̄bo subiecto eodē mō supponente. ex hac enim responsione data nō contingit inferre. ergo omnis homo nō ē sapiens. sed bñ contingit inferre. ergo non omnis homo ē sapiens. vna enim istarū ē contraria huius. omnis hō ē sapiens. et alia ē sua contraria. Ex isto loco accipit vna regula cōmuni que ē ista q̄ in singularibus nō refert p̄ponere vel postponere negationē. et rō hui⁹ ē ista. termin⁹ singularis non habet supposita seu inferiora. et ideo non potest eosfundī a negatione et iō pro eodē omnino stat et pro eodē supponit termin⁹ singularis sive negatio p̄ponatur sive postponatur. Ista aut̄ regula in singularib⁹ non refert p̄ponere et postponere negationē intelligenda de p̄positionib⁹ singularib⁹ q̄ sūt de subō singulari simplici nō acceptio cū aliquo modo. Et dico de singulari simplici. q̄ in aliquib⁹ cōpositis refert p̄ponere et postponere negationē. supposito enī q̄ iste habeat duos filios quoz vnu diligat et aliū nō. hec ē vera. iste hō hñs filiū nō diligit illū. q̄ se querer ex hac vera. iste hō habēs filiū odit illū. et hec est falsa. non iste hō hñs filiū diligit illū. quia sua contraria ē vera. Et diri q̄ intelligitur de singulari non accepto cū aliquo modo. quia potest accipi cū aliquo modo vbi referret p̄ponere et postponere negationē. nullū enim refert dicere. non

tantū sor. currit. et dicere tantū sortes nō currit. Scire tamen debes q̄ si in aliquib⁹ singularib⁹ refert p̄ponere et postponere negationē. h̄ nō ē rōne termini singularis. sed rōne adiuncti. Ille vō que secunduz infinita contra iacentes noia vel verba opposite sūt ut in eo qđ ē non homo vel non iust⁹ vel non currit vel non laborat quasi negationes sine nomine et verbo esse videbuntur sed non sunt. Semper enī vel verā esse vel falsam negationē ne cessē ē. Qui vō dixit non hō nihil magis de homine sed etiā minus verus vel falsus fuit. Si non aliqd addat. Quarta dubitatio talis ē. q̄ dictū ē in r̄fōsione que das p̄ negationē contingit aliqd inferri. vt si q̄ ratur vtrū sor. sit sapiens et r̄ndeatur non. ex hac responsione contingit inferre q̄ sor. ē nō sapiens. ex h̄ posset alicui videri q̄ hec dictio non et etiā termin⁹ infinitus ēē negatio. i. p̄positio negativa. Istud enim ex quo contingit aliqd inferre ē enī ciatio. Istud remouet p̄bs pbans q̄ terminus infinitus nō ē p̄positio negativa. probat per h̄. quia ois p̄positio negativa significat verū vel falsum. sed termin⁹ infinitus nec significat verū nec falsum. nec hec dictio nō ē p̄positio affirmativa vel negativa. nec ex ea p̄ se contingit aliqd inferre. q̄zuis ex ea relata ad interrogationē cōtingit aliiquid inferre. hoc ē ex negatione interrogations contingit aliiquid inferre. Significat aut̄ ois nō hō iust⁹ nulli illarum idēz nec huic opposita negatio ea que ē non ē ois nō hō iustus. illa vō que ē ois nō homo ē non iust⁹ illi que ē nullus non homo est iustus idem significat. Quinta dubitatio quā remouet ē ista quia p̄bs vñs ē in p̄cedentibus enūciationibus de finito subiecto et etiā de subiecto infinito potest ēē dubium vtrū p̄positio affirmativa de subiecto infinito sit eadē vel equipollens alicui de subiecto finito. potest etiā ēē dubium vtrū iste p̄positions sint eadem. ois nō hō currit. ois hō non currit. Istud dubium remouet p̄bs dieēs q̄ ista. ois hō nō ē iustus non ē eadē alicui earū enūciationū que sunt de subiecto finito. q̄ nec ē eadem affirmatio nec negatio de subiecto finito. Ista enim non sunt eadē. ois nō homo ē iustus. ois hō non est iustus. ois hō ē iustus. et sic de oib⁹ alijs de subiecto infinito. tñ q̄zuis p̄positions de subiecto infinito nō sunt eadem alicui de subiecto finito. tñ vna p̄positio de subiecto infinito ē eadē alteri de subiecto infinito. Iste enim sunt eadem. ois non hō

est iustus. et nullus non est iustus. Intelligenda sunt h̄ duo. Primo q̄ p̄hs vocat h̄ p̄positiones easde illas p̄positiones q̄ pertinentur et h̄nt idē sibi et idē predictatū. q̄z in rei veritate non sint eedē sibi vocē. et sic dicunt iste p̄positiones eedē. oīs non h̄o est iustus. nullus non h̄o non est iustus. Secō intelligendū q̄ cā q̄re p̄positione de subiecto infinito non est eadē p̄positione de sibi finito est iusta. quia ad h̄ q̄ alīq̄ p̄positiones differentes sibi vocē sint eedē vel pertinentibiles regit q̄ in viraq̄ p̄dicatū enūciet de eos v̄l de querentibilib̄ sed in enunciationib̄ q̄z vna est de subō finito et alia de infinito non enūcial p̄dicatū de eodē v̄l de cōvertibilib̄. et iō tales enūciatōes q̄z vna est de sibi infinito et alia finito non s̄t eedē nec pertinentibiles. Trāposita vō noīa vel verba idez significant ut est alb̄ h̄o et est h̄o albus. Nā si hoc non est eiusdē multe erunt negationes. sed ostensum ē. quoniā vna vniuersitatis ē. Eius enī q̄ ē. est albus h̄o. negatio ē. non est alb̄ h̄o. Eius vō que ē. est h̄o albus. Si non eadē est ei que est est alb̄ h̄o erit negatio vel ea q̄ ē non est non h̄o alb̄. Vcl ea que ē non est h̄o albus. sed altera quidē erit negatio ei que ē non h̄o alb̄. Alia vō ei que ē. est alb̄ h̄o. quare erūt due vni. Quoniam igit̄ trāposito noīe v̄l v̄bo eadez fit affirmatio v̄l negatio manifestū ē. Secunda dubitatio talis ē. Aris. i p̄cedentib̄ q̄nq̄ p̄ponit adiectū substatiūo. dicēdo sic. est iustus h̄o et alīq̄ p̄ponit substatiūo adiectūo. dicēdo sic. est h̄o iustus. possit alīq̄ credere q̄ h̄i p̄pōnes differat. i q̄rū vna p̄ponit adiectū substatiūo et in alia substatiūo p̄ponit adiectūo. Istud dubium remouet p̄hs dices q̄ h̄i p̄positiones sunt eedē h̄ est idē significant in q̄rū vna p̄ponit adiectū substatiūo. et in alia substatiūo p̄ponit adiectūo. q̄ noīa et verba trāposita idē significant. iste enī p̄pōnes est alb̄ h̄o. et h̄o alb̄ idē significant. Quod aut̄ p̄positiones in qua p̄ponit adiectū substatiūo. et in alia p̄ponit substatiūo adiectūo sint eedē. p̄bat p̄hs. et hec est secō. v. h̄ libri q̄ p̄bat sic p̄ impossibile. si h̄i p̄positiones non essent eedē. sequitur q̄ eiusdē affirmationis non erūt p̄les negationes opposite. p̄nis ē impossibile. vt p̄z et p̄mo libro. p̄na p̄bat exēclaris sic. huius enunciationis. est alb̄ homo. et negatio h̄i opposita non ē alb̄ h̄o. si q̄ iste non significet idez est h̄o alb̄. et est albus h̄o. tunc huius ē h̄o alb̄ est alia negatio q̄z ista non ē alb̄ h̄o. aut q̄ sua negatio ē iusta. non ē non h̄o alb̄. aut ista non ē non h̄o albus. est negatio istius. ē non h̄o alb̄. q̄ negatio

istius ē h̄o alb̄. non ē iusta. non ē h̄o albus. et p̄ se quēs iste sunt diverse negationes non ē h̄o alb̄. non est alb̄ h̄o. q̄ ista affirmatio ē alb̄ h̄o habet duas negationes sibi oppositas. s. istas. non ē h̄o alb̄. non ē alb̄ h̄o. hec ē ratio p̄hi. s. h̄ rō non videtur valere. q̄ p̄hs capit h̄ illud q̄ debet p̄bare. et ita videat petere p̄ncipiū. p̄hs enim capit q̄ negatio istius ē alb̄ h̄o. ē iusta. non ē h̄o albus. et hoc debet p̄bare. si enim aliq̄ vellet sustinere q̄ noīa et verba trāposita non idē significat. ipse haberet negare istud q̄d hic accipit p̄hs. s. q̄ negatio istius ē alb̄ h̄o ē iusta. non ē alb̄ h̄o. et non ista. non ē h̄o alb̄. Ad istud respōdet boetus q̄ p̄hs capit h̄ illud q̄d p̄ se ē manifestū. iō non petit p̄ncipiū. manifestū ē enī p̄ se q̄ ista non ē h̄o albus ē negatio h̄. est alb̄ h̄o. quia ista ē negatio q̄ illud idē negat quod affirmatio affirmat. et manifestū ē q̄ ista non ē h̄o albus. illō idē negat q̄d ista affirmatio affirmat ē alb̄ h̄o. manifestū enī ē cuiuslibet intelligēti q̄ intellectū h̄i ē iste. al h̄ h̄ ē. iste h̄o alb̄ intellectū h̄i non ē h̄o alb̄ ē iste non nullus h̄o ē albus. manifestū enī ē p̄ se q̄ iste nullus h̄o ē albus ē negatio huius. h̄o ē alb̄. et iō p̄hs hic non repetit p̄ncipiū. q̄ capit illud q̄d manifestū ē p̄ se. Subbitatur circa istud dictū p̄hi. Transposita noīa et verba. q̄ detur instantia in multis. q̄ hec ē vera oīs h̄o ē animal. et hec ē falsa aīal est omnis h̄o. et hec est vera omniū oppositorū ē eadē disciplina. et hec ē falsa. eadē ē disciplina omniū oppositorū. et hec ē falsa. s. or. differt ab hoīe. et hec ē vera. ab hoīe differt s. or. et hec est congrua ciceronē videt suis filiis. et hec est incongrua. suis filiis videt cicero nē. et in oībus p̄dictis est solum diuer sitas in trāpositione nominū et verborū. q̄ nō semp p̄positiones in quib̄ noīa et verba trāponunt significant idē. Vico q̄ p̄hs loqtur de trāpositione noīis adiectūi et substatiūi et verbi copulant adiectūi cū substatiūo. siue. n. vñ p̄ponat vtric̄ siue postponat vtric̄. siue interponat semp quā tum ad intellectū idē significatur. p̄ oīs enī istas propositiones ē h̄o alb̄. et est alb̄ h̄o significat idē. oīs enī iste p̄positiones significat idē q̄d ista p̄positio h̄o ē alb̄. vñ in istis p̄positionib̄ h̄ verbū ē non ē scđm adiacēs. vt q̄dam dicunt. s. ē tertiu adiacēs. q̄ intellectū oīum harū p̄positionū ē q̄ h̄o est alb̄. potest etiā dici q̄ p̄hs logatur de p̄positionib̄ indifferitis non de v̄lib̄ et de talib̄ indifferitis vbi vñ illoꝝ nominū. quo rū vñ p̄ponit alteri vel postponit natū ē ēē subiectū et alterū non. vt pat̄ in exēplō suo. ē albus h̄o. nā iste terminū h̄o potest ēē subiectū. et iste terminū h̄o nō pot̄ ēē subiectū nisi substātū et vel intelligat terminū in subiecto sumpt̄. et in talib̄ nihil resert p̄ponere verbū nominī. v̄l econuerso. nec etiā resert p̄ponere vñ nomē al-

teri. qd semper intelligit idem per istas est homo albus. et est albus homo. et albus homo est. et sic de aliis. qd semper per per istas intelligitur illa propositio homo est albus. unde omnes tales propositiones sunt eadem idem convertibles. unde plures hic et multotiens alibi propositiones convertibles vocat easdem. Potest autem generalius dici quod terminorum in propositione potest multiplex esse transpositio. aliquid quando a parte eiusdem extremi ut patet in istis homo albus est animal. albus homo est animal. quandoque transpositio est extremi in extremum ut alicuius quod est ex parte vnius extremi in una propositione in aliud extremum. ita quod illud quod in una propositione ponitur ex parte vnius extremi ponitur in alia propositione ex parte alterius extremi. exempli quando extremum transponitur in extremum ut homo est animal. animal est homo. exempli secundi quando aliquid quod ponit a parte vnius extremi transmutatur. ita quod si pars alterius extremi. ut hinc homo albus est animal. homo est animal album. si si fiat transpositio a parte eiusdem extremi. sic non refert preponendo vel postponendo adiectiuum substantiuo. vel substantiuum adiectino. nihil refert dicere homo albus est animal. et dicere albus homo est animal. Si autem non se habeant sicut adiectiuum et substantiuum refert in multis transponere ex parte eiusdem extremi. et marie ubi una pars extremi est terminus communis. et alia pars extremi importat negationem vel distantiam. Refert enim dicere sor. est ab homine differens. et sortes est differens ab homine. Si autem si fiat transpositio extremi in extremum vel alicuius positi ex parte vnius extremi ad aliud extremum. sic quod quando terminus et partes terminorum in utraque propositione accipiuntur pro eodem. et habent eandem suppositionem. et facta transpositione utraque propositione remanet intelligibilis huiusmodi propositiones in quibus sit transpositio de uno extremo ad aliud extremum sunt convertibles. per hoc patet ad instantias. Ad primum quod iste propositiones non convertuntur omnis homo est animal. animal est omnis homo. quia iste terminus animal non supponit eodem modo in utraque. et per idem ad secundam instantiam. quia iste non convertuntur. omnium oppositorum est eadem disciplina. et eadem disciplina est omnium oppositorum. quod iste terminus eadem disciplina non supponit eodem modo in utraque propone. sicut iste non convertuntur sor. differt ab homine. et sor. ab hoie differt. quod iste terminus hoie non supponit eodem modo in utraque. Ad aliā instantiam quod hec non est intelligibilis. suus filius videt ciceronem. et ideo iste non convertuntur. ciceronem videt suus filius. et suus filius videt ciceronem.

Et uno de pluribus vel plura de uno affirmare vel negare.

Si non est vnu expluribus non est affirmatio una neque negatio. Dico autem vnu non si vnum nomen sit positum non sit tamē vnu ex illis ut homo est fortasse et animal et bipes et mansuetus. sed ex his vnum sit. ex albo autem et homine et ambulante non sit vnu. Quare non sit vnu aliquid de his si affirmet aliquis non erit affirmatio una. sed vox quidem una. affirmatio vero multe. nec si de uno ista sed similiter plures. Istud est secundum capitulum primi tractatus in quo determinatur de enunciatione secundum quod continetur ad extremum simplex vel compositum. et continet duas partes principales. In prima determinatur de enunciatione habente aliquid extremum compositum. ostendendo quod enuntiatio huius aliquid extremum compositum est una et quod non est una. In secunda parte ibi. Quoniam vero hec quae determinat de habitudine et sequentia enunciationis ad unum. quarum quedam habent aliquid extremum compositum et quedam extrema simplicia. Prima pars continet duas particululas. In prima determinatur que enuntiatio habens extremum compositum est simpliciter una et que non. In secunda ibi. si ergo dialectica interrogatio determinat incidenter de interrogatione dialectica concludendo ex dictis que interrogatio non est dialectica. In prima ergo particula narrat que enuntiatio est una et que non. et intendit breviter quod enuntiatio est una que enunciat vnu de uno. intelligendo per vnu non vnu nomine tamen sed ratione vel vnu conceptus. Si enim vnu nomine significat plura ex quibus sit vnu uero est enuntiatio una in qua vnu tale subiectur vel predicatur. et illa enuntiatio que enunciat plura de uno. vel vnu de pluribus. vel plura de pluribus. ex quibus pluribus non sit vnu per se. ista enuntiatio non est una. Si autem enuncient plura de uno. ex quibus pluribus sit vnu vel vnu de huiusmodi pluribus. vel plura huiusmodi. ex quibus pluribus sit vnu de his pluribus. hoc non impedit vnitatem enunciationis. si enim ex aliis manifesto et bipede fiat vnu. tamen huius enuntiatio homo est aialis manifestus bipes est enuntiatio una. quod de uno enunciant plura ex quibus sit vnu per se. si autem plura ex quibus non sit vnu praedicent de uno. vel de pluribus non est enuntiatio una sed plures. nam ex hoie albo et ambulante non sit vnum. et ideo hec oratio sor. est homo ambulans non est una sed plures. Motada sunt hic tria. Primum quod cum Aristotele dicit hic quod ex aliis pluribus sit vnu. et ex aliquibus non. plures non loquuntur de vocibus. quia ex istis vocibus sphaera corporea aiata sensibiliter rationalis non magis sit vnu quam ex istis. homo ambulans musicus albus. et sic de aliis non enim est huius vox sphaera magis potentia ad hanc

vocē corporeaz animataz rē. q̄z hec vox homo ē in potentia ad has voces. albus musicus rē. vñ vnum nomen non ē magis in potentia ad aliud nomē q̄z aliud quodcūqz idifferenſ. et iō nō magis ē vñ natū fieri ex istis vocibus. animal rōnale q̄z ex istis vocibus. albus musicus. Istud etiam patz. quia si vox sit vna et significata multa non ē oratio vna. et ita pluralitas vel vnitatis non referuntur ad voces. nec videtur q̄ phūs loquatur de conceptibus. non enim videtur q̄ ex duobus conceptibus fiat vñ magis q̄z ex q̄busdam alijs conceptibus. non enim ē concept⁹ animalis magis in potentia ad conceptū rationalis q̄z conceptus albi ad conceptum musici. q̄ sicut aīal ē in potentia ad rōnale et irrōnale. ita albū ē in potentia ad musicū et nō musicū. et etiam musicū ē in potentia ad album et nigrum. quia alborū quoddam ē musicū. quoddam nō musicū. et musicorū quoddam ē albū et quoddam nigrum. Quilibet etiam conceptus ē forma. et non videt q̄ ex istis duabus formis magis possit fieri vnum q̄z ex alijs duabus formis quibus cūqz. et ideo videtur q̄ phūs loquitur hic de rebus significatis per voces. ita q̄ velit dicere q̄ quando plures res ex quibus nō fit vñ enūciantur de vna voce significante vnam rem nō ē enunciatio vna sed plures voces significantes plures res ex quibus rebus fit vnuz enuncient de vno. nihilominus fit vna enunciatio. **C**Se cundo notandū ē q̄ ex aliquibus rebus fit vñ per se. sicut ex materia prima et forma substātiāli fit vñ per se. ex aliquibus fit vñ per accēns. sicut ex subiecto et accidente ut ex homine et albedine. et alijs sunt res ex quibus non fit vñ p se nec per accidens. sicut ex diversis subiectis p se subsistentibus in actu ut ex homine et lapide nec fit vñ per se nec p accidens. ex quo videſ ſequi q̄ ppositione in qua enunciantur plura ex qbus fit vñ de vno ē euunciatio vna. et tali vñtate ē ppositione vna quali vnitate ex illis plurib⁹ fit vñ. quia si ex illis pluribus fit vnuz per se p positione ē vna p se. et si ex illis plurib⁹ fit vñ per accēns. ppō ē vna p accēns et nō ē vna p se. ideo hec ppositione ē vna p se. hō ē animal rōnale. et hō ē vna p accēns. hō ē animal musicū album. et est plures pluralitate opposita vnitati p se. et hō oīo homo ē asinus lapis. nullo mō ē vna. q̄ ex lapi de et asino nullo mō fit vñ tāqz ex actuali et potentiali. vñ hec oīo homo ē alb⁹ lapis. ē simplr plures. q̄ equalet istis duabus ppositionibus hō ē albus. hō ē lapis. **T**ertio pōt ex dictis hē in pmo libro notari diuīsio ppositionis vni⁹ in suas spēs. ex q̄ pōt apparere diuīsio ppositionis que ē plures. **P**ropositione vna diuidit pmo sic. quedā ē ppositione vna simplr ut illa in q̄ enunciatur vñ de vno. s. vna res de vna re. vel vox

significans vñā rē de vna significante vñā rē. et quedā ē ppositione vna pīunctione. ut ppositione hy pothētīca in q̄ pīungunt multe cathegorice me diante pīunctiōe. ppositione vna simplr ē duplex q̄ quedā ē vna p se. ut illa in q̄ enunciat, vñ de vno vel pīla ex quib⁹ fit p se vñ de vno vñ vñ de pīl⁹ ex qb⁹ fit p se vñ. Alia ē ppositione vna simplr q̄ p accēns ē vna. ut illa in q̄ enunciantur plura ex qb⁹ p accēns fit vnuz de vno. et sic ē ista simplici vna p accidens. s. r. ē hō alb⁹ music⁹ rē. Ex ista diuīsione ppositionis vni⁹ pater diuīsio propositionis q̄ pīles ē. q̄ quedā ē ppositione plures pīlalitate opposita vnitati pīunctionis. et sic oratio in q̄ ponunt pīles inēdūcte ppositiones. et sine pīunctione media dī ppositione pīles. et quedā ē propō pīles pīlalitate opposita ppositione vni⁹ simplr. et sic q̄libet ppositione hypothētīca dī propō plures et quedā ē ppositione pīles pīlalitate opposita ppositione vni⁹ simplr et p se. et sic ppositiones in quib⁹ enunciant pīla ex qb⁹ fit vñ p accidens de vno vñ vñ de pīl⁹ talib⁹ ē ppositione pīles pīlalitate opposita vnitati simplr et p se. et sic ē ista ppō pīles s. r. ē hō alb⁹ music⁹. **I**sta autē pīlalitas opposita vnitati simplr et per se ipēdit contradictionē. ppositione enī hypothētīca q̄ est plures pīlalitate opposita vnitati simplr hō contradictionē. et etiā ppositione vna simplr et p accidens q̄ dī plures pīlalite opposita vnitati simpli citer et per se habet contradictionē ut habet videri et pmo libro. **S**i ergo dialectica interrogatio respōfionis est petitio vñ pī propositionis vñ alterius partis contradictionis ppositione vñ pars vñiuis contradictionis ē. non erit vna responsio ad hec neqz enī vna interrogatio nec si sit vera. dictum ē autē de his in topicis. **H**ec ē secunda particula secunde pars in q̄ concludit duo correlaria. **P**rimū ē q̄ interrogatio in q̄ pīla ex qbus nō fit vñ querunt de vno nō ē interrogatio dialectica. Et hec ē pīlo sexta hō libri q̄ probat sic. **O**mnis interrogatio dialectica petit vñā respōfionē. s. q̄ altera pars pīdictio nis pcedat. sed interrogatio in q̄ plura querunt de vno nō petit vñā rīsūcē sed plures. q̄ interrogatio i q̄ pīla querunt de vno nō petit vñā responsionē sed pīles. q̄ interrogatio i plura ex q̄ b⁹ nō fit vñ. q̄runt de vno nō ē interrogatio dialectica. imo si q̄traqz affirmatio i illa interrogatio que pīles ē eēt vera. non eēt danda vna responsio. maior de se patz. minor etiam de se pī. quia si q̄raf rītrū s. r. fit animal lapis. ad istam interrogacionem non ē danda vna responsio s. plures. et idem ē indicium si vnuz interrogatur

de plurib^o vel plura de plurib^o ex qbus non fit vnum. Subitur an hec sit vera interrogatio. vtrū sortes sit homo albus musicus. et videt q̄ non. q̄ hic plura queruntur de vno. ḡ est plures. Dicendū q̄ ista. s. hō albus music^o p̄nit queri de sorte tanq̄ diuersa p̄dicata. et sic est interrogatō plures equivalens istis tribus interrogatiōib^o. vtrū sortes sit hō. vtrū sortes sit alb^o. vtrū sor. sit music^o. et sic dāde sunt plures r̄sponses. Alio mō p̄nit hec tria q̄ri tanq̄ vnu p̄dicatum vel tā q̄z p̄stituentia vnu p̄dicatum. et sic ē interrogatio vna per accidē. q̄ ex istis plurib^o sit vnu per accidē. et danda ē vna responsio. s. altera ps̄ p̄dictionis. videlz q̄ sor. ē hō albus musicus. vel q̄ non ē hō albus musicus. vtrāq̄ enī istarum est vna p̄ accidē vt dcm̄ ē. Ad argumentū in ūrum dicendū ē q̄ in ista interrogatione. s. vtrū sortes sit hō albus musicus sīm q̄ ista tria faciūt p̄dicatū. q̄rit vnu p̄dicatū d̄ vno sbo. q̄ p̄dicatum ē vnu per accidē. et si q̄runq̄ hec plura. q̄ tamen ex istis plurib^o sit vnu p̄ accidē. ideo interrogatio est vna per accidentis tantum.

Similiter autē in anifestū ē q̄m nec hoc ipsum quid ē dialectica ē interrogatio vtsi quis interrogat qd ē aial. oīz enim data interrogatōe eligere vtrū velit p̄tradictionis partē. sed oportet interrogantē determinare vtrāq̄ hoc animal homo sit an non.

Secundū correlariū qd concludit ē istud q̄ q̄stio quid ē. non est q̄stio dialectica. Et hec ē conclusio septima huius li. pbatur sic. Ad omnem p̄clusionem d̄ alectricā p̄t responderi p̄ vtrāq̄ p̄tem p̄dictionis. indifferent. vi si querat si hoc aial sit homo vel non. ad istā interrogationē cōtingit p̄uenient responderi p̄ vtrāq̄ p̄tem p̄dictionis. dicendo q̄ hō aial ē hō. vel dicendo q̄ hō aial non ē hō. sed ad questionem querentem. qd est homo. et respondeat negatiū q̄ nō est lapis. non est responsio conueniens. quia questionē querit quid ē homo. et r̄sio dicit q̄ nō ē hō. ḡ q̄ quid ē non ē q̄ dialectica. Hic sūt duo notanda et vnu dubitandū. Notandum ē p̄mo q̄ p̄bs q̄nem dialecticā vocat hic questionēz. q̄ ē que sit per hoc interrogatiū vtrū. et ad talem questionē factā p̄ vtrū respondendū ē p̄ illis qd positiū ē in interrogatione. vel per eius oppositū. vi si querat vtrū oē bonū sit eligendū oīz dare. vel istud quod positiū ē in questione dicēdo q̄ sic vel eius oppositū. dicendo q̄ non. et siue respondeat dicendo q̄ sic. siue dicendo q̄ non conuenienter responderetur et satisfactū ē questioni. Sed ad questionē factā per qd nō p̄tingit que

nienter respondere. dādo affirmatiūā v̄l negatiūā. vt si p̄uenienter respondeat p̄ affirmatiūā r̄ndendo p̄ negatiūā nō ē p̄ueniens. Secūdo ē notandum q̄ q̄nq̄ in q̄stione dialetica exp̄mitur vtrāq̄ pars p̄dictionis. et q̄nq̄ altera tñ. q̄n ex p̄mis vtrāq̄ pars p̄dictionis nō sufficit respōdere. dicendo sic vel dicendo nō. q̄ sic r̄ndēdo nesciret quā p̄tem r̄ndens daret. Et ideo oīz in r̄nsione exprimere actualē alterā p̄tem p̄dictionis vt si q̄ratur virum oē bonū sit eligendū vel non si velit p̄tem affirmatiūā p̄cedere d̄ dicere q̄ oē bonū sit eligendū. sed si interrogatione exprimaf altera ps̄ p̄dictionis tñ. sufficit respōdere dicendo sic vel dicendo nō. C Subitaſ circa cōclusionē quā p̄bs ponit h. videt enī q̄ q̄stio qd ē sit q̄stio dialectica. q̄ oīz qd quā h̄z dialecticā terminare est qd̄ dialectica. sed dialecticā habet terminare q̄stionē quid est. q̄ in p̄mō topicorū Aris. dialecticus existens determinat qd ē diffinītio. quid genus. quid d̄sia. quid p̄positum. et q̄ p̄bleuma. et sic de multis alijs quod non eēt nisi esset qd̄ dialectica. Dicendū q̄ dialectica et euā dialecticus est duplex. s. docens et vtens. dialectica docens ē scia tradita in libro topicorū Aris. et dialectica sic accepta ē scia demonstratia et conceedo q̄ ad dialecticā et euā dialecticū sic acceptum p̄tinet questio qd̄ est. dialectica vt̄s h̄z viam ad p̄bandū vtrāq̄ p̄te p̄dictionis. Et si dicatur q̄ dialectica docens q̄ tradit̄ in li. topicorū Aris. docet syllogisare ex p̄bilibus et q̄ revere vtrāq̄ prem̄ p̄dictionis. qd̄ non eēt nisi talis syllogismus eēt ex p̄bilibus. et talis qd̄ q̄rēs vtrāq̄ p̄tem p̄dictionis p̄tinet ad dialecticā docētē cuius oppositū dixisti. Dicendum q̄ dialectica docens q̄ tradit̄ in li. topicorū demonstrative docet syllogizare et p̄bilibus et querere vtrāq̄ p̄tem p̄dictionis sicut sophistica docens que tradit̄ in li. elencoꝝ. docet q̄liꝝ p̄tingit decipere p̄ syllogismos elencos. et tñ sophistica docens in quantū hui⁹ non docet decipere p̄ h̄i. Hico tñ q̄ iste hō q̄ h̄z logicā vel dialecticā docentem ea vñt arguendo ex p̄bilibus. s. tūc ē dialecticus vtens et non docens. sicut h̄ns sciam tradit̄ in li. elencoꝝ potest vñt syllogisino sophistico. sed tunc ē sophistica vtens et non docens.

Quoniā vñt hec quidez predicanſ cōposita vt vnu fit omne p̄eoicatuꝝ eoꝝ que extra p̄dicant̄. alia vñt nō. q̄ diffērentia ē de hoie verū ē dicere. vt hō est animal bipes extra. et extra bipes animal. et hec vt vnu et hoiem et albū et hec vt vnu.

Hec est secunda pars p̄ncipalis huius capituli in qua p̄bs determinat de habitudine et cōsequentiā enunciationum ad inuicem. quarum

quedā hñt aliq̄s extremū compositūz. et qdā ex
trēa simplicia. et p̄tinet ista pars tres pticulas.
In prima remouet dubitationē talē. qñq̄ ex p̄
dicatis diuisis sequit̄ p̄dicatū p̄iunctū. et quādo
q̄ non. sicut declarat p exempla. Est ḡ questio
qñ ē q̄ ex p̄dicatis diuisis sequit̄ p̄dicatū p̄iun-
ctum. et qñ non ē ita. In secunda particula ibi.
Et p̄t̄ igit̄ q̄ p̄dicant̄. solvit p̄ h̄ istā dubitationē
oñdēs qñ ex p̄dicatis diuisis sequit̄ p̄dicatū con-
iunctū. et qñ non. In tertia pticula ibi. Uerū ē
aut̄ dicere. oñdit qñ ex p̄dicato p̄iuncto sequitur
p̄dicatū diuisitū. et qñ non. In prima pticula
mouet q̄stionē talē. ex qbus p̄dicatis diuisis se-
qtur p̄dicatū coniunctū. et qbus non. et q̄ ē cau-
sa diversitat̄. et q̄ hec questio supponit q̄ ex ali
qbus p̄dicatis diuisis sequit̄ p̄dicatū coniunctū
et ex aliqbus non. manifestat exēplarit̄ istud q̄s
supponit. et p̄mo ponit duo exempla in qbus ex
p̄dicatis diuisis sequitur p̄dicatū p̄iunctū. p̄mū
ē. ista p̄nā ē bona homo ē aial. et homo ē bipes.
ḡ homo ē aial bipes. secundum ē. ista p̄nā ē bo-
na sortes ē homo et ē albus. ḡ sortes ē homo al-
b⁹ vñ p̄tingit dicere extra. i. diuisiz q̄ sortes ē ho-
mo. et q̄ sortes ē albus. et contingit dicere coniū-
ctum q̄ sortes ē homo albus.

Sed nō si citharedus est et bon⁹ et ci-
tharedus bonus.

Manifestat exemplarii q̄ i. qbusdā ex p̄dicatis
diuisis non sequit̄ p̄dicatū p̄iunctū. et ponit q̄tū
or exempla. p̄mū ducit ad istud inconueniēs q̄
ex h̄ sequt̄ falsū. Alia exēpla ducit ad nugatio-
nē. duo p̄ma ad nugationē explicitā. et ultimum
ad nugationē implicitā. p̄mū ē non sequitur sor.
ē citharedus et bonus. ḡ ē citharedus bon⁹. q̄
p̄missē possunt esse vē p̄clusione existente falsa.
Si enī qñ vtrūq̄z dñ et ambo dicent̄
multa inconuenientia erūt. De hoie
enī et hoiem verū ē dicere et albūz.
Quare et totū rursus et si albū per se et
totū quar̄ erit hō alb⁹. albus et infini-
tū. et rursus musicus albus ambulās
et hec eadē frequenter implicita.

Secundū exemplū ē in quo deducitur ad expli-
citā nugationē si vñ ex p̄dicatis diuisis sequitur p̄di-
catū p̄iunctū. et tale. verū ē dicere de hoie q̄ ē
homo. et verū ē dicere q̄ ē hō albus. et ē iterū ve-
rū dicere de hoie q̄ ē homo alb⁹. ḡ data hypo-
thesi vñp̄ ē dicē de hoie q̄ ē homo alb⁹ vñ ē nu-
gatio explicita. Et sic p̄tingit arguere i. infinitū
Secundū exemplū vñp̄ ē dicere de hoie q̄ ē ho-
mo q̄ ē alb⁹ et q̄ ē music⁹ et q̄ ē ambulās. ḡ verū
ē dicē de hoie q̄ ē homo alb⁹ music⁹ ambulās. et
hec eadem fīm hypothēsim contingit dicere fre-

quenter implicita et repetita.
Amplius si socrates ē et hō et bipes.
et socrates homo bipes ē. qm̄ ergo si
quis simpli ponat cōplexiones fieri
plurima inconuenientia p̄tingit dice-
re manifestū ē quēadmodū ponēdū
est nunc dicemus.

Quartū exemplū ē in quo deducitur ad nuga-
tionē implicitā data hypothesis. s. q̄ sp̄ ex p̄dicata
tis diuisis sequitur p̄dicatū coniunctū et ē tale. ve-
rū ē dicere d̄ sor. q̄ ē homo et q̄ ē bipes. ḡ data
ipossibili sequt̄ q̄ ē homo bipes. vbi tñ ē nuga-
tio implicita q̄ ex h̄ q̄ ē homo p̄ se intelligitur bi-
pes. sic in specie p̄ se intelligitur dñia. sic ḡ p̄z
q̄ si sortes sit homo q̄ sit bipes si q̄s petet̄ sim-
pliciter fieri complexiones. i. si q̄s petet̄ simpliciter
p̄dicata p̄iuncta ferre ex diuisis mltā iconueniē-
tia sequitur. s. q̄cadmodū su dōz q̄ ex p̄dicata
tis diuisis sequitur p̄dicatū p̄iunctū nunc dicemus.

Et p̄t̄ igit̄ q̄ p̄dicant̄ et de quibus p̄
dicantur quecūq̄z fīm accidens di-
cunt̄ vel de eodē vel alterū de altero
hec nō erūt vñuz. vt homo albus est
et musicus. s. nō idē est music⁹ et alb⁹.
Accidentia enī sunt vtraq̄z eidē. Nec
si albū musicū verū est dicere tñ non
erit albū musicū vñuz aliquid. Secū-
dum accidens enim musicū album
dicitur. Quare non erit albū musicū
aliqd vñū. Quo circa nec cithared⁹
bonus simpliciter. sed animal bipes
non sunt enim fīm accidens. Ampli⁹
nec quecūq̄z sunt in alio quare neq̄z
album frequenter dicet̄ neq̄z homo
neq̄z animal vel bipes. Insunt enim
in homine animal vel bipes.

Hec ē secunda pticula hui⁹ p̄tis in qua solvit
ista dubitatio q̄ ē qñ ex p̄dicatis diuisis sequitur
p̄dicatū p̄iunctū. et qñ non sequitur. d. q̄ si sit ta-
lia p̄dicata diuisa q̄ neutrū accidit alicui nec am-
bo accidit alicui tertio eidē. et sīt̄ si ita sit q̄ neu-
trū includit reliquū. nec q̄ totū sit repetitum in
vtrōq̄z diuisor. iūc ex talib⁹ p̄dicatis diuisis seq-
tur p̄dtatū p̄iunctum. Unū tres p̄ditiones ponit̄
p̄bus ad h̄ q̄ ex p̄dicatis diuis sequitur p̄dicatum
p̄iunctū. p̄ma ē q̄ illa p̄dicata diuisa n̄ accidant̄
alicui vñ. 2⁹ est q̄ vna illorū n̄ accidat reliquo.
Et 3⁹ dñitio est q̄ nullū icludatur i. fīliquo et h̄ 2⁹ dñ-
tio icludit q̄rtā 2⁹ditione q̄ inuit̄ i. lra. s. q̄ idē
n̄ sit repetitū in vtrōq̄z diuisor. si enī vñū sit re-
petitū in vtrōq̄z diuisor sequitur q̄ vñū inclu-

ditur i reliquo. Iste igit̄ tres pditiones regrunt ad h̄ q̄ ex p̄dicat̄ diuisis v̄l̄ seq̄ p̄dicatū p̄iunctū etū. ppter p̄mā & secundā pditionē nō seq̄ sor. ē bonus & ē faber. ḡ ē bon⁹ faber. q̄ ista p̄dicata diuisa accidit eidē. s. sor. & euā vnū accidit reliquo. q̄ accidit fabro q̄ sit bon⁹. nec valz ista cōsequētia a diuisis tanq̄ ad vnū p̄ se p̄iunctū. sor. ē alb⁹ & ē music⁹. ḡ ē alb⁹ music⁹. q̄ albū et musicū nō faciūt vnū p̄ se. & etiā vnū istoꝝ accidit alteri tertio. nec valet. sor. ē hō alb⁹ & ē music⁹. ḡ sor. ē hō alb⁹ music⁹. t̄ sic intēdit p̄bs quorū vnū accidit alteri v̄l̄ v̄trūq̄ tertio nō sequit̄ p̄dicatū p̄iunctū vnū p̄ se. t̄n̄ in istis terminis a diuisis ad p̄iunctū qd̄ ē vnū p̄ accīs. eēt p̄ntia bona. ista. n. ē bona p̄ntia sor. ē hō alb⁹. & sor. ē music⁹. ḡ sor. est hō alb⁹ music⁹. nec ē hec p̄positio. sor. ē hō alb⁹ music⁹ plures p̄positio simpl̄r. sed p̄les p̄lalitate opposita vnitati simpliciſ & p̄ se vt dictū ē p̄us. ppter terciā pditionē nō sequit̄. sor. ē hō alb⁹. & sor. ē alb⁹. ḡ sor. ē hō alb⁹. q̄ vnū diuisoꝝ includit̄ in reliquo. nā in hoie albo includit̄ albū. Idē ē etiā h̄ repetitū in v̄trūq̄ diuisorū. & ppter h̄ nō se q̄t sor. ē hō & ē bipes. ḡ sor. ē hō bipes ppter tertia conditionē q̄ alteri diuisorū includit̄ h̄ i reliquo. Subitaꝝ q̄ ista p̄ntia ē bona. sor. ē hō & sor. ē albus. ḡ sor. ē alb⁹ hō. & t̄n̄ vnū diuisorū h̄ accidit alteri. nā albū accidit homini. ḡ nō requirif ista cōditio q̄ vnū diuisorū nō accidit alteri. ad h̄ q̄ consequētia sit bona a diuisis ad p̄iunctū. Sicē dū q̄ ad h̄ q̄ regula sit ḡntia regrunf iste tres cōditiones p̄dicte. vñ quāuis in aliquib⁹ terminis teneat p̄ntia a p̄dicat̄ diuisis ad p̄dicata p̄iunctū etā q̄ vnū accidit reliquo. t̄n̄ nō oportet talē cōsequētia tenere. vñ non obstat q̄ in aliā mā teneat talis p̄sequentia. vbi t̄n̄ deficit aliq̄ p̄dicat̄ rū p̄dictōuz. v̄l̄ dicat̄ q̄ ad h̄ v̄l̄ regla teneat. regula intelligitur q̄n̄ vnū nō accidit. sicut vnū accidēt̄ accidit alteri accidentē. vel q̄n̄ vnū accidit alteri sicut accidēt̄ accidit suo subiecto. Ad scien dū p̄sequepter in omnib⁹ terminis q̄n̄ ex p̄dicatis diuisis sequit̄ p̄dicatū p̄iunctū & q̄n̄ nō. ē no tāndū q̄ si alterū diuisorū sit natū determinare reliquū & v̄trūq̄ diuisorū recipit̄ p̄ eodē q̄n̄ accipit̄ diuisim & q̄n̄ accipit̄ cōiuncti. tūc semp̄ ex predictat̄ diuisis sequit̄ p̄dicatū p̄iunctū in quo coniuncto istud qd̄ ē natū determinare determinat istud qd̄ ē natū determinari. et si aliq̄ istarū cōditionū deficiat. tūc ex predictat̄ diuisis nō se quis predictat̄ coniunctū. vñ p̄siderandū est an diuisa sint talia q̄ vnū sit natū determinare reliquū v̄l̄ nō. si neutrū sit natū determinare reliquū tūc nunq̄ ex p̄dicatis diuisis se quis predictat̄ coniunctū. & t̄o non sequit̄ sortes ē hō. & sortes ē risibilis. ḡ ē hō risibilis. nec sequit̄ sortes est hō

& est rationalis. ḡ sortes ē hō rationalis. Si aut̄ aliez sit natū determinare reliquū. aut illa diuisa accipiunt̄ p̄ eisdē q̄n̄ accipiunt̄ diuisim. & q̄n̄ coniungunt̄ adiunctē. aut accipiunt̄ p̄ diversis diuisim & inconiuncto. si accipiatur p̄ eisdē diuisim & in coniuncto. & illud qd̄ ē natū determinare determinet istud qd̄ ē natū determinari semper ex diuisis se quis p̄iunctū. & ppter h̄ sequit̄ sortes ē hō & sortes ē alb⁹. ḡ sortes ē hō alb⁹. et sequitur sortes ē ens & ē rōnalis. ḡ sortes ē ens rationale. q̄ rōnale ē aptū natū determinare liens & non ecōuerso. & ideo non sequit̄. sor. ē ens & ē rōnalis. ḡ sortes ē rōnale ens. q̄ liens nō ē aptū natū determinare li rationale. Si aut̄ ista diuisa vel aliquod diuisorū accipiant̄ pro alio & alio q̄n̄ accipit̄ diuisim & q̄n̄ accipit̄ in cōiuncto. tūc a diuisis ad p̄iuncta nō tenet p̄ntia. Sz ē fallacia antīs penes scđz modū & t̄o nō seq̄ iste ē faber. & iste ē bon⁹. ḡ iste ē bon⁹ faber. quia bonū acceptū p̄ se & diuisum accipit̄ pro bono moris. sed q̄n̄ accipit̄ in p̄iuncto. & ē determinatio fabri. tūc accipit̄ p̄ bono artis fabrilē. vñ cū df̄ iste ē bon⁹ faber. significat q̄ iste bñ h̄ artē fabrile. vel q̄ iste ē bon⁹ vel excellēs in arte fabrili. & t̄o non se quis iste ē bon⁹ & ē faber. ḡ iste ē bon⁹ faber. q̄ h̄ dictio bon⁹ alīt̄ accipit̄ q̄n̄ accipit̄ diuisim. & q̄n̄ accipit̄ in p̄iuncto. & pp̄f eadē rōnē nō seq̄. iste canis ē p̄ & ē tuus. ḡ iste canis ē p̄ tuus. quia h̄ dictio tuus q̄n̄ accipit̄ diuisim accipit̄ p̄ possessore. sic enī dicēdo. iste canis ē tuus denotat q̄ est tua possessio. sed q̄n̄ accipit̄ in p̄iuncto sic dicendo iste canis ē tu p̄. accipit̄ p̄ genitore. & t̄o nō seq̄. Si aut̄ arguit̄ negatiōe. s. ex negatiōe vñ p̄dicati diuisim ex negatione alteri p̄dicati cuz affirmatione alteri p̄dicati diuisim ad negationē p̄dicati p̄iuncti si termini diuisim & p̄iuncti accipiatur p̄ eodē semp̄ ē bona p̄ntia. q̄ seq̄ sor. ē hō. & sor. nō ē alb⁹. ḡ sor. nō ē hō alb⁹. nā tūc arguit̄ a negatiōe sup̄ioris ad negationē iferioris. Si alterū diuisorū accipiat̄ aliter seu p̄ alio q̄n̄ accipit̄ diuisim & q̄n̄ accipit̄ p̄iuncti. tūc si negat̄ in vna p̄missarū illud qd̄ p̄ alio v̄l̄ accipit̄ diuisim & p̄iunctim. tūc nō valet p̄ntia a diuisis ad p̄iunctū. nō enī sequit̄ sor. nō ē bon⁹ & ē faber. ḡ nō ē bon⁹ faber. nec valet. iste nō ē magrus & ē latro. ḡ nō ē magn⁹ latro. Si aut̄ illa p̄positio sit negatiua in q̄ p̄dicat̄ illud qd̄ p̄ eodē accipit̄ diuisim & in p̄iuncto. tūc lemp̄ ē p̄ntia bona ab altera affirmatiua & altera negatiua ad negationē toti p̄iuncti. seq̄ enī sor. non est faber. & ē bon⁹. ḡ nō ē bonus faber. Si aut̄ viraq̄ p̄missarū sit negatiua ita q̄ v̄trūq̄ diuisorū neget̄ a subiecto diuisim. ex illis negatiis sequitur negatio totius p̄iuncti. sequit̄ enī sor. nō ē faber. & sor. nō ē bon⁹. ḡ sor. nō ē bon⁹ faber. Sz dubitat̄ v̄trū ex diuisis quorū v̄trūq̄ accidit alieri seq̄ p̄iunctū

Vbi vtrūqz diuisōꝝ accipit p eodē. et eodez mō quando sumit diuisim t qn̄ piuncti. vbi grā. vñ ista pna sit bona. sōz. ē albꝝ t ē musicꝝ. ergo sōz. ē albus musicus. Ad istud videſ milbi dicenduz q̄ talis pna ē bona. qz b̄ nō est simp̄t ples. sōz. est albꝝ musicus. nā albū t musicū faciūt vnū p accidēs. similiſ vtrūqz istoz natū ē determinare t p̄here reliquū. nā albū ē indifferēt ad musicū t nā musicū. qz quoddā albū ē musicū t quoddā non musicū. t quoddā musicū ē albū t quoddā nō albū. t si dico albū musicū p̄trahit albū ad musicū tm̄. t ideo albū t musicū faciunt vnū extremū propositionis p accidēs tm̄. t illud qd̄ dicit Aristo. q̄ ex talibꝝ diuisis nō sequit piunctū. Intelligendū q̄ ex talibꝝ diuisis nō sequit coniunctum per se vnū. tamē ex talibus diuisis sequitur vnū coniunctū per accidēs.

Verū ē aut̄ dicere de aliquo t simpli citer vt quedā hominē albū esse hominē t quoddā albū hoiez albū esse. Hec ē tercia particula secūde partis p̄ncipalis huius capituli in q̄ phūs determinat istā qōnē ex quo p̄dicato piuncto sequunt p̄dicata diuisa t ex quo coniuncto nō sequunt diuisa. Et p̄mo exēplificat vbi ex piuncto sequunt diuisa dices q̄ vez ē dicere de aliquo hoie vt de sorte q̄ est hō albꝝ. t vez ē dicere simp̄t. b̄ ē diuisim de eo dē q̄ est hō t q̄ ē albꝝ. seq̄t enī sōz. ē albꝝ. ḡ sōz. ē hō. t etiā sequit. ḡ sōz. ē albꝝ.

Nō semp autē. sed quādo in adiecto quidē aliqd oppositorū inest ad q̄ se quat̄ p̄tradictio. nō verū est sed falsū vt hominē mortuū. hominez dicere. qn̄ aut̄ nō inest verū est. vel etiam qn̄ inest semper falsum est.

Determinat questionē ponēs cōditiones duas q̄ regrunſ ad b̄ q̄ ex p̄dicato cōiuncto sequant p̄dicata diuisa. Prima conditio ē q̄ nō sit p̄dictio in adiecto. i. q̄ determinatio nō repugnet determinabili in illo p̄dicato cōposito. si enī determinatio repugnat. tunc ē oppositio in eo qd̄ ad̄cīt. t ideo dicit oppositio in adiecto. t ppter hoc nō sequit cesar ē hō mortuꝝ. ḡ cesar ē hō. q̄ sic dicendo hō mortuꝝ ē oppositio in adiecto. q̄ hec determinatio mortuꝝ q̄ ad̄cīt hō. opponit hō. qn̄ aut̄ est oppositio in adiecto t qn̄ nō. do cet p̄bs dices q̄ diffinitiones sunt ponēde loco nominū. t diffinitionibꝝ positis loco nominū intelligendū ē an diffinitione determinationis repugnet diffinitioni determinabilis. t si sic. tūc positis noibꝝ sit oppositio in adiecto. si diffinitiones nō repugnat nō fuit p̄bs oppositio i adiecto. Et dicit p̄bs q̄ p̄ oppositū in adiecto intelligit op̄positū ad qd̄ sequit p̄dictoriū. t qn̄ ē talis oppo

sitio in adiecto semp ē p̄ditionalis fallā a predi cato tali piuncto ad predicatu diuisū. s. ad ipsū determinabile diuisim acceptū.

Quando b̄ nō inest. non semper ve rū est. Ut homer⁹ ē aliqd vt poeta. ergo ctiā est an nō. Secundū accidens enī esse de homero p̄dicat̄ qm̄ inest ei poeta. sed nō s̄m se p̄dicat̄ de ho mero qm̄ est. Quare in quātiscūqz p̄ dicatis neqz p̄trarietas aliqua. neqz vlla oppositio inest. si diffinitiones p̄ noibꝝ reddant̄. Et s̄m se p̄dicentur t nō s̄m accidēs in his. t simpliciter verū erit dicere. Quod aut̄ nō ens ē. qm̄ opinabile ē. non ē verū dicere ē. aliquod ens. Opinatio enī eius non est qm̄ est. sed quoniā non est.

Ponit secundā diuisione reglitā ad b̄ q̄ ex p̄di cato piuncto sequant p̄dicata diuisa. Primo m̄ dicit q̄ nō semp ē oppositū in adiecto. nec ex cōiuncto sequit diuisa. qz nō sequit homer⁹ ē po eta. ḡ homer⁹ ē. nō valet pna ista. t reddit cām di cēs q̄ hec p̄dicatio ē scđm adiacēs accīs home ro. nā ē poeta p̄dicat̄ p accīs de homero. p̄t accidit sibi ē ē poeta. v̄l in opinione hominū ē. sed circa scđm sequit b̄ est circa ē. vt ē scđm ad iacēs qd̄ nō p̄dicauit de homero. t ppter b̄ in tendit ponere secundā p̄ditionē reglitā ad b̄ q̄ ex piuncto sequant p̄dicata diuisa. t b̄ ē secunda cōditio q̄ nō sit p̄dicatio scđm adiacēs. s. intelli gendo q̄ nō accidit determinabili q̄ determina bili sit. aut nō sit indifferēt. p̄ p̄dicationē scđz adiacēs intelligit p̄dicationē in q̄ determinatio piuncta determinabili nec ponat determinabile nec ip̄m destruat. sed ē indifferēt ad determinabile t ad oppositū determinabilis sicut opinabi le ē indifferēt ad ē t ad nō ē. quoddā enī opi nabile nō ē. opinio enī p̄t ē ē de aliquo nō ente q̄ ip̄m ē. et opinio p̄t ē ē de aliquo ente q̄ ip̄m nō ē. Intelligendū q̄ p̄bs in p̄posito per piuncta nō solū intelligit ista q̄ piungunt adiunicez sicut partes extremi. s. sibi t p̄dicati. s̄ intelligit illa q̄ piungunt indifferēt sicut extrema. t illa que piungunt adiunice sicut p̄dicatuz t copula quō in ista p̄positione. b̄ ē inopinabile b̄ predi catū inopinabile. t b̄ verbū ē piungunt adiun cē. t de tali piuncto nō sequit diuisim. Circa p̄mā p̄ditionē quā ponit p̄bs b̄ sunt. vii. notāda. Primo ē notādū q̄ qn̄ ē oppositio i adiecto de q̄ p̄bs loquit hic determinatio repugnat deter minabili p se t seorsim accepto. t determinatio nō repugnat determinabili. vt sunt partes eiūdē extremi. q̄ si mortuūz opponerei homini. vt

homo accipitur in h^e extremo homo mortu⁹. h^e nō esset intellect⁹ sor. est homo mortu⁹. sicut nec ista. sor. est homo irrationalis. d^r igitur opposi-
tio in adiecto qn̄ istud qd̄ significat per determina-
tionē per se sumptā repugnat determinabili
per se t se orsuz accepto. **T** Secundo ē notādū
q̄ iste terminus hō accipit p alio quādo accipi-
tur pro se t diuisim. t pro alio qn̄ accipit in hoc
extremo cōposito hō mortuus. qz qn̄ accipit di-
uisim iunc accipit pro cōposito ex corpore t aia
intellectiuia. t non ē in cōposito ex corpore t aia
intellectiuia. non eni accipit in hō cōposito p ca-
dauere. nā cadauer nunq̄ fuit hō. t hō mortu⁹
fuit hō. t ideo nō sequit sor. est hō mortu⁹. ḡ sor
es est homo. qz p alio t alio accipit li hō in an-
cedente t psequēte. Et si querat q̄ est causa q̄re
accipitur pro alio t alio piunctum t diuisim. dicē
dū vt mihi videat q̄ pbitur p li mortuū ad stā
dū p eo qd̄ fuit homo t nō est homo. **A** hō mor-
tuus ē idem qd̄ non viuū t qd̄ fuit viuū. t de rō
ne determinationis ē cōtrahere determinabile
ad suā naturā. t iō sic dicēdo homo mortu⁹. stat
peo qd̄ nō ē hō. sed fuit homo siue p eo qd̄ fu-
it hō viuens. sed nō est homo viuēs. Alij dicūt
q̄ fit er sola voluntate vtentiū. s. q̄ hō p alio ac-
cipitur qn̄ accipit per se. t quando cū alio acci-
pitur. vt qn̄ accipitur in hō cōiuncto. homo mor-
tu⁹. sicut voces significant ad placitū. sic vti vo-
cibus pro tali re vel. p tali ē ad placitū. **T** Ter-
tio est sciendū q̄ sīm intentionē pbi h̄ videat q̄ h̄
est falsa hō est mortu⁹. qz hic predicitur oppo-
sitū de opposito. nā iste terminus hō qn̄ suppo-
nit respectu verbi p̄sentis tpis supponit p̄ p̄sen-
tib⁹ tñ. iō p̄ istaz homo est mortu⁹ denoiaatur q̄
aliquis qui modo est hō est mortu⁹. Siquis tñ
vellet dicere q̄ li mortu⁹ habet virtutē amplian-
di ad pterita poterit dicere q̄ illa. hō ē mortu⁹
est multiplex penes tertiu modū equinocatiōis
ex eo q̄ subiectū potest sumi pro eo qd̄ est homo
siue p eo qd̄ fuit homo. t uno sensu hec ē vera.
t alio sensu hec ē falsa. **T** Quarto ē notādū q̄
qn̄ ē oppositū in adiecto in aliquo extremo com-
posito nā ḷtingit in ferre determinabile. sed op-
positū determinabilis. tñ ḷtingit in ferre deter-
minationē diuisim. verbi grā. nō sequitur sor ē
homo mortuus. ḡ sor. est hō. s. magis sequitur
oppositū. s. q̄ sor. nō ē hō. bñ tñ sequit sor. ē hō
mortuus. ḡ sor. ē mortu⁹. t cā huius ē. qz li mor-
tuus p eo dē accipit diuisim t qn̄ accipit in cō-
iuncto. s. pro eo qui fuit viuēs t non est viuens.
quoniā determinabile nō ḷtrahit determinatio-
nē ad standū p alio qz qn̄ stat pro se sine deter-
minabili. tñ determinatio possit ḷbere determi-
nabile. **T** Quinto notādū ē q̄ quādocunq̄ ali-
qua dictio pro eodē accipit. qn̄ accipit diuisim.
t quādo piunctum. tñ a p̄dicato piuncto ad par-

tē p̄dicati diuisim acceptā p̄ eodē sumptā pro quo sumitur in piuncto ē bona p̄sequentia. s̄z ad partē que nō accipit p̄ eodē in piuncto & diuisim nō valet p̄sequentia. t̄ propter h̄ sequitur. sor. ē h̄ albus. ḡ sor. ē h̄. q̄ h̄ p̄ eodē accipit q̄n accipit piunctum & diuisim. s̄. p̄ hoie. sed ista p̄sequentia non valet. sor. ē h̄ mortu⁹. ḡ sor. ē h̄. q̄ pro alio accipit h̄ in ante. t̄ p̄ alio in cōsequēte. ista tñ p̄sequentia ē bona. sor. ē h̄ mortu⁹. ḡ sor. ē mortu⁹. q̄ li mortu⁹ accipit p̄ eod quādo accipit piunctum & q̄n diuisim. Ista etiā cōsequentia non valet iste ē bon⁹ faber. ḡ ē bonus. q̄ li bonus p̄ alio stat in ante. t̄ pro alio in p̄nte. ista tñ p̄na ē bona iste ē bonus faber. ergo iste ē faber. q̄ li faber p̄ eodē stat in ante. t̄ in cōsequēte. Sexto ē intelligendū q̄ q̄uis vbi ē oppositio in adiecto ex p̄dicato piuncto nō cōtingit inferre diuisim vtrūq; diuisorū respectu verbi de p̄nti. tñ q̄nq; respectu vbi de p̄terito cōtingit iferre ex tali piuncto vtrūq; diuisorū. quā uis enī nō sequat̄ sor. ē h̄ mortu⁹. ḡ sor. ē h̄. se quitur tamē sor. fuit h̄ mortu⁹. ḡ sortes fuit h̄ & etiā seq̄t̄ fuit h̄ mortu⁹ ḡ sor. fuit mortu⁹. S̄z dubiū p̄t h̄ queri. q̄ vbi ē oppositū i adiecto ex p̄dicato piuncto nō cōtingit inferre vtrūq; diuisorū respectu vbi de p̄senti & tñ respectu vbi de p̄terito cōtingit inferre ex piuncto vtrūq; diuisorū. ē enim dubiū q̄ ē causa diuersitatis. Itēz cū tā respectu vbi de p̄terito q̄ respectu vbi de p̄nti sit p̄mo oppositio. q̄ aliter nō eēt oppositū in adiecto & oīs oppositio includit p̄ radicōne. vide q̄ tā respectu vbi de p̄nti q̄ respectu vbi de p̄terito ex affirmatiua de p̄dicato composito cuius determinatio opponit determinabili d̄z seq̄ negatio in q̄ idē determinabile negat ab eo d̄ subiecto. q̄ manēt eadē cā manebit idē esse etus. & cā talis p̄sequētie in illis de p̄nti ē oppositio in adiecto q̄ manet tā in illa de p̄terito q̄ i illa de p̄nti. ḡ sicut sequit̄ sor. ē h̄ mortu⁹. ḡ sor. nō ē h̄. ita sequit̄ cesar fuit h̄ mortu⁹. ḡ cesar nō fuit h̄. Bicendū q̄ cā hui⁹ diuersitatis ē q̄ verbū p̄sentiis t̄pis copulat verbū cū uno instanti. q̄ nō ē nisi vnu instans p̄nti. sed verbū p̄teriti t̄poris in p̄positione in q̄ affirmatiua copulat p̄dicatū cū subiecto p̄ quolibet instanti preterito. & iō si nō p̄cedat aliqua dictio habēs virtutē cōfundendi tēp⁹ vel instans p̄significatū p̄ verbū de p̄terito. tūc verbū qd̄ ē copula copulat p̄dicatū cū subiecto pro quolibet instanti p̄terito sub disiunctiōe tñ. sed verbū p̄ntis t̄pis qd̄ est copula solū copulat p̄dicatū cū subiecto p̄ instanti p̄senti. & q̄ pro eodē instanti nō p̄nt inesse opposita eidē. ideo in p̄dicato vbi ē oppositio int̄ determinationē & determinabile & affirmatiua de p̄senti et de p̄terito i quo ē oppositio talē seq̄t̄ negatiua de p̄nti in q̄ negat determinabile de eodez

subiecto. et per hoc sequitur cesar est homo mortuus
et cesar non est homo mortuus quod vobis copulatis predicatum
cum subiecto in utraque propositione copulat predictum
cum subiecto per eodem instanti. nec potest veri-
ficari anno per uno instanti. et pars pro alio. sed in
propositione affirmativa de pterito predicatum
copulat cum subiecto per quolibet instanti pterito co-
pulare. sed ex his quod vobis oppositorum in aliquo instanti
pterito fuit in subiecto. non sequitur quod reliquum op-
positorum pro nullo instanti pterito insuit eidem sub-
iecto. id est ex tali affirmativa de pterito in quod est predicatum
cum copositum ex determinatio et determinabilis
et ubi determinatio repugnat determinabilis non
sequitur negativa de pterito in quod determinabile ne-
gatur a subiecto per quilibet instanti pterito. et id
non sequitur cesar fuit homo mortuus. et cesar
non fuit homo. Alioquin tamen negativa in quod determina-
tur verbum de pterito ad copulandum predicatum cum
subiecto per eodem instanti per quo verificatur antecedens.
sequitur enim cesar fuit homo mortuus. et cesar tunc non
fuit homo. sed ex affirmativa sequitur cesar fuit homo
mortuus. et cesar fuit homo. quod sequitur cesar fuit homo
mortuus. et cesar plus fuit homo. ex quod sequitur quod cesar
fuit homo. Hec ergo est ratio quae ex affirmativa de pre-
senti in quod affirmat predicatum copositum in quo est op-
positum in adiecto sequitur negativa de patre in quod ne-
gatur determinabile ab eodem subiecto. quod anno et
pars non patre verificari nisi per eodem instanti. nec op-
positum pars potest esse verum cum antecedente nisi per eodem
instanti. sed non est sic in illis de pterito. quod anno et op-
positum patris patre verificari per alio et alio instanti.
Hec enim est vera cesar fuit homo mortuus per uno instanti.
et huius cesar fuit homo per alio instanti. Ad argumen-
tum in primis dicendum procedendo quod in ista. cesar fuit homo
mortuus est oppositum in adiecto. et id non potest illud co-
